ab a igitur et b c directe iterum

linea ab a in b hoc erit perpendicularis. Sed si ducatur alia ex ipso centro oculi ista quod oculus non gratur a situ suo et gratur ista semper quod faciat angulum acutum et omnino non tamen illuminat fiat prima cum illa quod illuminatur a duabus partibus oculi. Similiter si ducatur alia ab alia parte oculi terminet in eandem partem rei visae, scilicet in quod dividit semicirculum oculi, ergo ista non illuminabit rem visam quia impedit gibbositas oculi. Ergo res visa in extremitatibus sensus quasi iuxta circumferentiam piramidis egredientis ab oculo non illuminatur nisi in duabus partibus oculi. Cum igitur virtus visiva sit in lumine egrediente ut ipse dicit minor erit virtus in ea que non subsunt centro oculi quam in ea que cadunt in ipso. Iste igitur sunt positiones aspectivorum. Sed contra primam sic obicitur. Radius enim egrediens qui est linea ut dicunt aut est substantia aut accidens. Si accidens ergo non habet esse nisi in subiecto. Ergo cum egrediatur qualis facit aerem. Ergo aut fit lumen tantum aut fit potentia videndi et lumen. Et si fit lumen tantum, ergo multiplicato radio multiplicatur illuminatio. Ergo si aliquis staret iuxta multos aptos oculos habentes melius videbit quam in alio loco. Preterea fit hoc habentes debilem visum co lucrabitur (?) et qui habet visum fortem melius videbit. Preterea si multi apparentes in tenebris starent simul aerem illuminarent que omnia falsa et absurda sunt. Ergo radius egrediens non est accidens illuminans aerem. Preterea hoc est contra positionem ipsorum quia ipsi dicerent quod radius habet virtutem sensitivam in puncto. Ergo in radio ingreditur lumen tantum sed etiam vis visiva et suppositum visiva apprehensivo. Sed si hoc dicatur: Contra lumen et vis visiva ambo iuvant ad melius videre. Ergo si multa alia coniugarentur erit perfectissima visio. Ergo omnia inconveniencia prius inducta magis sequuntur contra istam opinionem quam contra primam. Igitur non potest dici quod sit accidens

dens radius ille. Iste nullum accidens est quia sensum subiectum. Ergo radius in aere existens non est idem numero cum radio qui est in oculo. Ergo sentire radii in aere non est sentire radii in oculo. Ergo per presentiam radii non fit iudicium de re visibili apud videntem. Ergo ad visum non prodest radius. Item si hoc radius inflexus a speculo erit a radio incidente in speculo eo quod diversa sunt subiecta utrorumque. Ergo apprehendens unum non est apprehendens alterius. Ergo etiam apprehensa ab ipsis erunt separata. Si unus apprehendit formam rei ut dicunt spectatam, alter etiam formam speculi. Ergo forma speculi et forma rei videbuntur separata. Ergo forma rei non apparebit in speculo cuius contrarium videmus ad oculum. Item visus non non tantum penetrat aerem sed etiam celum usque ad stellas. Ergo celum impressiones habens recipit a visu quod absurdum est quia probatum est quod celum non recipit peregrinas impressiones. Ergo non patitur huius immutationem a visu. Preterea quidquid visibile est in se ipso lucet non indiget ad hoc lumine visus medium immutante lucidencia per se ipsa sufficiunt sibi lumine proprio ut videantur. Ergo non indigent ad hoc lumine emisso a visu. Item lumen emissum quod est radius aut est concomitans ad visum tantum sicut medium aut est concomitans et sentiens. Si primo modo tunc non habebit rationem medii. Aut ergo habet rationem agentis aut patientis. Si agentis cum non possunt agere nisi sensum tunc ipse agit per se in visibilibus. Aut ergo habet intrinseca sibi et extrinseca. Si intrinseca tunc habea media erit sentiens intrinsecum sic non differt ab oculo. Si extrinseca tunc aliquid sentit quod non habet naturam sentiendi contra sibi quod est falsum. Si est medium patiens tunc patitur immutationem sensibilis. Et sic visus fit non suscipiendo quemadmodum ponunt naturales

Si propter dicatur quod linea conti-
nualiter et sentit tunc super-
fluit pupilla oculi. Preterea
cum linea egrediens sit continua
quod qualitercumque tangat aer erit sen-
tiens et videt per illud continue que
omnia absurda sunt valde. Et quia
nullus ponit radium esse corpus
sufficiant sunt opposita de hoc. Que
ad aliud indigeas nisi ut nullus
eorum valeat confugere ad hoc
quod dicat radium esse accidens.
Probatur autem quod non sit substantia corpo-
rea sic. Radius egrediens per
apertum oculorum toravit[?] ergo totum
illud lumen fuit in parvo oculo
hoc autem absurdum est quod lumen
implens mundum simul egredi-
atur ab oculo. Preterea vel radius
coniunctus est oculo et rei visibili
aut separatus ab utroque aut co-
niunctus uni et separatus ab alio. Si
primo tunc radius non sentiat nisi
secundum punctum et ita non cognoscat
indivisibile aliquid et numquam ma-
gnitudinem aliquam vel figuram.
Si dicatur quod discurrat sic divaricetur[?]
et mobilis. Contra iste discur-
sus est secundum tactum puncti super ma-
gnitudinem visam. In magni-
tudine autem visa sunt infinita puncta
ergo numquam totum vel aliquam partem
magnitudinis transibit. Ergo numquam
aliquid apprehendet quantumcumque parvum.
Preterea cum tactus punctorum duorum
sorum[?] non continuatur ab extremi-
tate lineae tangentis eo quod extre-
mitate non habet ulterius cum linea
tangente ergo radius emissus
numquam apprehendet aliquod continuum
in eo quod continuum. Si autem naturam
tangit et tamen non sentit et re-
nuntiat oculo. Hoc autem absurdum
sicut si aliquis dicat se sentire
manu abscisa quae numquam tan-
git tangibile. Si autem iungatur uni
et separatur ab alio aut ergo tunc co-
niungitur oculo et separatur a re vi-
sa aut econtra. Si primo modo
Contra dicit philosophus in undecimo

de animalibus quod posse per se proprie quod illud
non agit quod non tangit. Ergo radius
qui non tangit visibile non agit
in ipsum. Ergo non quod falsum est quia
sic erit in totalibus radius. Si autem
tangitur visibile et non visum ergo
numquam renuntiat visui de visibili.
Et sic utrumque erit inutile. Preterea
corpus cum corpore alio non est in eodem
loco. Ergo si radius est corpus cum aere
medio non erit in eodem loco. Ergo
oportet quod totus aer et tota aqua
et totum caelum et ignis per quae est
visus aut cedat per visum de lo-
co suo aut quod fiat plenum poris
vacuis per quos sit transitus linee
actu corporalium quae omnia absurda
sunt. Cum enim aer sit magis humidus
ut probatur in secundo de generatione et cor-
ruptione et aqua et habeat humi-
dum incorruptibile per una fluit
ad aliam et non terminatur in se ipsa
ergo videtur in aere et in aqua.
Et sic numquam per aerem et aquam
esset visio quia ibi non sunt pori
vacui. Similiter caelum non habet poros quia
non rarefit nec inspissatur. Ergo patet
quod positio pororum cum maxime in-
[illegible] aspectuum inutilis est. Propter
ea aggrediamur eos de mediatoribus
geometricis. Sit ergo a esse oculi
a quo egrediatur oculus perpendi-
cularis super b et sit b oculus. Ita quod a
perpendiculariter cadit super a ita quod
ubi oculi ex opposito se directe videant
lineam scilicet ab altero eorum egressam
super reliquum et ergo isti radii tan-
tum sunt inter duo puncta a et b sic
probat euclides. Ergo cum sint recte linee
una non videt nisi unum. Ergo isti
oculi non videt nisi unum secundum hoc est
falsum cum uterque videat diversum
a reliquo. Si autem dicatur quod sint
duo sed obviant sibi in medio.
Contra in medio ergo contingit puncta
illarum linearum aut ergo una obe-
diet extitudinem aut una in-
trat in aliam aut utraque sistat
alteram. Si una cedit alteri ergo
quaecumque cedit oblique cadit super

visum igitur super eam non faciet
duos angulos rectos Et hoc est contra
positum Si autem una in aliam
intrat hoc erit absurdius quia sic
linea indivisibilis divideretur quod non
potest intelligi Si vero tertio modo sic igitur
neutra earum pertingit ad oculum
visum / ex opposito igitur neutra videt
oculum quod tamen falsum est et contra primam
primam Item posito apparentiam
est quod terminus lineae sit speculum aut
igitur linea habet inaequalem partem sui ipsius
aut in ultimo tamen Si inaequalis sic
oculus a dicte speculum ad b et sic oppo
sita speculo super quam est reflexio
radii a speculo c res ad elonga
ta super speculum ita quod non appare
at in speculo sic d sit videns in figura
Sit ad alia linea ducta ab a
in b secans radium reflexum a
b in c super punctum et Unde sic ra
dius egreditur ab a in b et reflecti
tur in c igitur per punctum quod tangit
speculum renuntiat speculum et per
punctum reflexio radii super c re
nuntiat radium rem usque extra
speculum Et quia radius incidens
in speculum contingit radium refle
xum in puncto super speculum appa
ret forma c in b speculo / igitur cum ra
dius reflexus quia est b c sentiat
et renuntiat secundum quod similiter potentia sentit
renuntiabit etiam secundum punctum et ubi secatur
a linea a d igitur ibi accipiens
formam d secundum radius b c contingit
radium a b in puncto b quod est super
speculum igitur in puncto illo renuntia
bit formam d sic formam c igitur illud
non opponitur speculo quod apparet in
speculo Si ad non sentit nisi secundum
ultimum punctum **Contra** secundum
hoc igitur media puncta non sentiunt
nec renuntiant de speculi secundum necesse
est formam reddere in videntem igitur formam
rei visae tunc reddit ad videntem
quod tamen falsum est Prima quae ponit
eam a volentibus fingere assignari
quod linea renuntiet de re visa
secundum punctum extremum et non secundum medium
Item sic a oculus videns b speculum c

aut illud speculum illi diametro
sit oppositum et apparebit speculum
in speculo igitur radius a b erit
incidens in speculum / secundum radius b c
erit radius reflexus a primo speculo
in secundum et radius c d erit refle
xus a secundo in primum Et ita utrumque
apparet in utroque / sed eadem causa
est quare sit recte reflexio et quare
recte infinitae / sed quia speculum
est de mundo tenuiorum habentium su
perficie plana igitur infinitae debet
multiplicari reflexio / igitur erit infi
nitas unum apparebit in alio quod tamen
est contra hoc et est figura sic videtur
Item quaeritur in istis quare non
apparent similitudines in superficiebus
partibus planis sic in vitro et cri
stallo contritis in pulverem et
quare apparent in asperis superficie
bus pulvis emittet sic puta
tur est corpus habens superficiem
maioris latitudinis quam sit extre
mitas lineae Si ergo extremitas
lineae sufficit ad ydolum conspiciendum
non oportet habere aliud magis in quo
accipiet ydolum quam sit ipsa extremi
tas lineae / Ideo potest dici quod hoc contin
git ideo quia in asperis una pars
obumbrat aliam quia radialis linea
egrediens ab oculo illuminabit eam
Praeterea in natura sic est quod agens et pa
tiens sint proportionata Tunc erit
igitur quia virtute radius agit in
visibile non debet assignare Praeterea
cum radius incidens in speculum non
est incidens in rem cuius forma ap
paret in speculo oportet ad hoc quod
apprehendat formam quod procedatur a ra
dio qui reflectitur in rem visam
in speculo in puncto contactus ra
diorum super speculum Et quaeritur causa
actionis et passionis secundum naturam
Ex omnibus igitur his patet quod absurda
est ista conclusio posita Contra
probatur quod absurdior sit posito
platonis sic Omne ad quod secundum naturam
extimatur hoc extrinsecum modum
sive terminationis sic est terminata est
sua qualitas igitur radius actu
quod in oculo congregatur non potest exter
minari alterationem impressionem sive

qualitatis, ergo non potest extendi
usque ad speram stellatam fixarum
Si forte dicatur quod hoc fit per ad
mixtionem lucis exterioris aut
ista admixtio est ex parte videntis
aut ex parte rei visae Si ex parte
videntis tunc positus in tenebris
non videbit rem visam in luce
positam quod falsum est Preterea ponamus
esse tenebras usque ad stellas
stellas autem esse in luce tunc radius
egrediens ab oculo sine admix
tione lucis extenderetur usque ad stel
las Et ideo primo commiscetur lumini
et hoc est impossibile ut prius probatum
est ut corpus stans subtile
et parvum extenuetur adeo ita quod
remaneat in specie sua Si dicatur
quod stelle proiciunt radium ad oculum
per tenebras sed hoc non oportet radium
egredi de oculo quia res per suum
radium penetrat ad oculum Si
autem ex parte rei visae admixtio
illo tamen, tunc radius non indiget
luce commixto ad extensionem suam
sed tamen ad terminationem sui super rem
visam Et hoc est contra positionem
ponentis Preterea quero de modo
commixtionis illius, parvum enim
potest permisceri multo ampliori,
ita quod remaneat latitudo eius quod
non vincatur a multo, sed radius
egrediens ab oculo parvus est ergo
mixtus lumini totius emisperii
amittit latitudinem ergo non poterit videre
in multo lumine cum videre sit actus eius
Si forte dicatur quod parvum densitate
et multum in raritate bene permiscetur
multo ita quod non amittat latitudinem
suam Contra cum crocus permiscetur
aque et parvum de croco colorat
multam aquam, aut hoc contingit
quia minime partes croci sunt cum
minimis aque in toto ubique, aut
contingit per qualitatem sui coloris
et saporis in aqua potest quod substantia
croci in infinitum dividatur vel utroque
quod modo fuerit, aut quod crocus per
tingat in aqua ad profundum a su
perficie alterius quantitatis aque
et aqua que est extra illa videtur
autem in corpore croci ita quod color
a fundo et medio spacio statim
superficiem aque resultat super
aquam sicut forma super speculum Si
ergo radius miscetur luci exteriori
uno istorum modorum miscetur ei
Si primo tunc radius dividitur in infinita
et de necessitate amittit latitudinem et idem
sequitur de secundo modo Si autem fit secundo
ergo radius continuat se in tota luce
emisperii propter hoc quod aliquod accipiat
ab aliqua re sensibili, ergo erit inuti
lis ad rem visam percipiendam
Si quarto modo tunc radius quidem unus
pertingit ad rem potest aliquis in se
mixtionem, sed tamen resultat lumen
radii in luce nudi sicut forma resultat
in speculo quod est contra positionem
Preterea ponamus ponentes geometri
tas contra hanc opinionem Sit ergo
res visa a quantitatis cubitorum
et videatur illud spacium centum cu
bitorum b autem res visa eiusdem
quantitatis ad spacium quinque pedum oculis
autem videntis sit c radius autem sit c a
longior est duplo quam radius c b
ergo in duplo est magis extenuatus
Sed extenuatio radii facit videre
minorem eiusdem quantitatis per radium
c b quod falsum est, quia apparet equalis
quantitatis post centum pedes et per b
Eadem autem demonstratio destruit po
sitionem Euclidis scilicet quod quantitas rei
visae sit secundum quantitatem anguli trianguli
in oculo terminati Res autem distans
que est a habet minorem angulum in
oculo quam b quod demonstratum est super in
demonstratione que inducta est pro
opinione Euclidis, ergo in duplo deberet
videri minor, cuius contrarium videmus
ad sensum Preterea absurdissima
quidem secundum omnem viam consequuntur istas
opiniones scilicet quod linea localiter mo
veatur, quod linea sit in esse naturali
et quod longitudo sine latitudine
videatur quod linea secundum indivisibile
punctum apprehendit divisibile et
alia absurda que abhorret natura
Preterea queratur ab eis Ipsi enim
dicunt quod oculus videt radium de
se egredientem sicut patet in

sternatur ad lumen terminatur ergo
quo videtur radius. Si dicat quod ra
dio, ergo radii erit radii, et sic
ibitur in infinitum. Si autem oculus se
ipso videt radium, ergo multo magis
alia que non sunt adeo subtilia
videbit per se ipsum. Et ita inutilis
erit radius. Hoc et alia huiusmodi
absurda videntur. Iacob Alkindi
filius. Et videtur tamen inconveniens
et incidit in maius inconveniens
secundum naturam. Pyramis enim egressa
ab oculo cuius basis est dimidium celi
et angulus in oculo, ergo de oculo unius
egreditur lumen tantum quod implet hanc
pyramidem quod absurdum est posse
retrahi in tam parvo oculo. Preterea
aut idem egreditur et retrahitur aut di
versum. Si primo, tunc motus radii
erunt voluntarii motus contra naturalis
alicuius corporis sic extra non est ex
loco aliquo et ad ipsum. Si hoc dicatur
tunc oculus aptus fit proprie radio
suo quando egrediatur quantum volet quod
non est verum quia cogitur videre illud
quod est ante oculos eius. Si dicat est
diversus quod egreditur tunc hoc est mirum
quod nutiones(?) una hora possit egre
di lumen a corpore puro implens
totum mundum. Procedamus ergo demon
strationem super hanc positionem ut ostendatur
esse impossibilis. Dicit enim iste quod radii cor
pora sunt et sunt continui in corpore py
ramidali reprehendens alios qui dixe
runt eos esse separatos continuos. Et
dicit in processu et in rotundum et in
omnem dimensionem pyramidis egre
dientis et ipsam pyramidem esse cor
pus defensum virtute visiva que tamen
maior est in ea que subsidet centro
oculi quam in alia parte habenda angulum.
Ponamus ergo lumen oculum videntem
ab occidente in orientem b celum. Et
pyramidalis corporis a. Ponamus
c d e f g h et ponamus quinque sex no
tarum celi continuatur linea in a
celum. Ponam et centrum huius
celi sicut pyramidis in et lineam
a vise dyametrum centri oculi
describatur et celum p b l m n o
que sunt pyramides oculi b

et signabo centrum eius q et con
tinuabo lineam ad oculum b sicut
feci in alio celo. Inde sic iste
pyramides venient contra se ex oppo
sito aut ergo resistent se aut tunc
contrarium corporum videbitur quod est corpus
altum quod falsum est. Aut penetrabit
per se invicem. Et tunc tria corpora erunt
in eodem loco scilicet due pyramides
et aer qui fuit ibi prius quorum
quodlibet est impossibile, ergo nullo modo contingit
visionem aliquam istarum per hanc modum.
Licet autem plures alie rationes possent
inveniri quibus ostenditur falsitas
in istis tamen ad presens iste sufficiunt.
Sunt autem quidam modernorum qui dicunt
quod visus fit et intus suscipiendo
et extra emittendo radios et lumen.
Sed hanc opinionem destruit per eadem
et ideo non ponam disputationem contra
istam. Sed adiungam in sequentibus questionibus
quedam falsa et quasdam rationes
de visu que eos ad istas opinio
nes induxerunt. Est autem una eorum
sapiua vero ut dicit avicenna quod
unum videtur duo si comprimatur oculus
extra situm suum ad superius vel ad
inferius vel exteriorem vel sinistriorem
partem. Alia autem est de formis
apparentibus in speculo que non ha
bent suas figuras in speculo eodem
apparere. Et de hoc dicemus in questione
de visibili. Sed si ita est quod unum
videtur duo propter reflexionem radio
rum extra situm, tunc propter hoc eos unum
deberet apparere multa, quia semper
visibile secundum eos contingunt multi
radii et non in loco uno. Similiter
dicendum ut supra quod in ultate ut
ex intuitu cum videt secundum tamen pos
sibilis lucis in colores secundum veram desti
bit intellectuales angulos super oculum.
Ita quod anguli procedentes lineas est in
oculo sit causa dyametri. Nec hic
oportet reparare et super huius motum
lineas fundantur demonstrationes eu
clidis in tribus libris scilicet de compo
sitione speculorum et de visu et de
fallacia visus. Contra positionem Euclidis
tunc hoc de impossibili quod alie dicte
dicendum ergo ad primum pro illis

inductum quod sic probatur et in libro
qui dicitur fallacia visus nisi quod
de spera in eadem superficie stante
videtur minus mediante spe et quanto
propius accedat ad speram tanto
minus videtur de spera et tamen ma
gis apparet Et hoc non contingit
propter lineas egredientes ab oculo
sed propter modum incurvationis oculi
a spera Item oppositorum dicimus et
concedimus quod non fit visus nisi
ad incurvationem et oppositionem rectam
Et ideo quia ad rectam oppositionem
non opponitur dimidium spere stantis
in eadem superficie ipsi oculo propter
hoc illud quod videtur de spera non est
nisi spere aliqua porcio minor se
micirculo spere Cuius probacionem
dabo Item describatur spera super
centrum a cuius dyameter sit a c
visus autem extra speram in eadem sup
perficie sit b distans per aliquantulum
spacium a spera et ducatur linea
a prima parte spere que alia oppo
natur in spacio in oculum b et sit
illa g b Deinde ducatur alia linea
ab infimo loco spere ubi oculo op
ponatur illud et sit linea illa d b
Et iste linee faciunt sic necesse est
angulos acutos supra speram
et non angulos contingentes quod si
protenderentur secarent speram quod non facit
linea contingens Item ducatur lineam
ab ipso g in b que sequatur
aliam porcionem circuli ducatur et
linea ab oculo b in centrum spere
quod est a illa secabit lineam d in spe
ra ad angulos rectos ergo per triangu
lum g d b et angulum d divi
det in duo media equalia po
natur signum ubi sequatur linea
g d et illud sit z igitur triangulus
g d est medium quantitatis que de spera
videtur Et e converso igitur triangu
lum g e b super arcum et ergo
angulus g circuitus describit
quantum videtur de spera sed illa
autem quantitate de spera non cadet a
quod est centrum spere ergo de spera
ptu ab angulo tangenti non co
tinet spere dimidietatem

Et sic inficiatum est propositum quod spere
existentes in eadem superficie minus
mediate videtur Et hujus causa est figura
Dicimus ergo quod contingit propter modum
dicti oppositionis non propter emissionem radiorum
oculi nichil enim de spera generatur se
in medio circulo in triangulo nisi quod directe
recte opponitur Et bene concedo quod tri
posito est ad modum pyramidis et
tangentis sub quo fit incurvatio sicut
est dictum est in porta quarta et hec est
causa quare propius accedens minus
videt de spera et tamen magis appa
ret et non enim in tangente maius
latus minori angulo subtenditur
Unde sic tamen propius accedens aliquid acci
piat incurvationem sub minori an
gulo illud necesse est magis videri
Dicimus quod linee sequentes partes supra
et visibus in spera cadunt in mino
rem arcum spere et ideo illud quod
videtur in spera est minus Ad aliud
dicendum quod illa non est causa quare potest
pro causa nec homo videt suum yma
ginem ante se in aere Nec aer
possit effici ut speculum sed videtur
sibi quod videat eam cum tamen non sit
verum Et hoc generatur ex fluxu yma
ginum a loco linee ymaginative
ad organum sensus communis Et ab illo ad
organum visus sicut accidit in melan
colicis et in infirmis et plenius preterea
tractabimus cum agemus de sompno
et vigiliis Ad aliud patet solucio quia
ymaginacio fit ad opposicionem pyrami
dalem et triangularem non omnem
immissio radiorum ea autem que sub
cadent centro oculi ad rectam lineam
perpendicularem incurvant oculum et
ideo melius videntur Preterea om
nis virtus aliquando vero maior est
centro vero quam circa extrema Unde
et virtus visiva maior est in centro
Et ideo certius apprehenduntur res
que subsident centro Ad aliud
dicendum quod ideo creator non fecit
oculum speratum ut non imprimerentur
in eo ymagines rerum sed potius
ut esset mobilis facilius sic speri
cum creatum in quo debebat imprimi
omnes ymagines Cuius rotundum

aut maius et retracta imprimitur ymagines quod super latum planum et grauium. In loco enim plano super diuersas dispositiones luminis quia secat qualibet pars aque eminentes aliis parti confunditur et dilatatur ymago sicut patet in experimento. In concauo autem una pars ymaginis preter receptam super aliam ita quod iterum non sit directa rei comprehensio, sed in rotundo retinetur ymago et cum una pars aque eminet alia una pars dissecat processione luminis in qua perdit forma visa. Nec alia preter super aliam sicut sit in concauo. Tercie autem sit causa quod dextra videntur apparere sinistra sicut superius determinabimus in questione de visibili. Ad aliud dicendum quod motus non est contrarius impressioni formarum in oculo ideo videtur ab hoc quod ab omni situ visibilium dirigatur immutatio ad oculum. Ad aliud dicendum quod propinquitas eius que cadit sub centro oculi non est tota et sola causa quare melius videtur, sed rectitudo immutationis et confortatio virtutis visiue in centro oculi sicut dictum est. Ad aliud dicendum quod sinistra non apparet dextra in speculis planis illa de causa quam dat Euclides, sed pocius quia forma abstracta a re visa per actum luminis apparet in speculo, et sicut separatur ita describitur deprimitur, et ideo sit situs ymaginationis oppositus ad apparentem sicut superius solutum est. Causa autem distancia est comprehenditur in speculo in re alta sicut in terra cacumine infimum quia plus distat a speculo et ideo profundius apparet et ideo videtur concaua tuberosus in aqua et in speculo. Hac etiam de causa baculus stans videtur curuus et fractus oblique apparere quia forma baculi per profundum aque exeuntis imprimitur superficiei aque et ibi oculus immutat acte et figura et visum. Et causa immutationis huius est quod linea veniens a profundo ad superficiem aque est

recta linea aut a superficie aque ad oculum veniens est oblique cadens super illam. Ita quod supra superficiem aque versus apparentem fracta angulum acutum. Et ita curuitas diuersarum immutationum causa est curuitatis apparentis curuitatis rei. Cum autem directe super rem in aqua iacentem aliquis rem aspiciat videbitur tunc res directe, quia tunc ad punctum linee immutantis aque superficie directe et perpendiculariter cadit linea immutationis. Ita quod super aque superficiem facit duos angulos rectos. Ad aliud dicendum quod in veritate colores non mouentur ad oculum motu locali, sed pocius motus immutationis est motus eorum quo generant se in medio et per eam in oculo, sicut supra dictum est in questione qualiter visibile sit in medio. Ad aliud dicendum quod licet Auicenna dicat quod quedam animalia habent oculos adeo lucidos quod lumine eorum de nocte videtur de propinquo. Tamen hoc non placet multis quia si illuminaret propter quam facient colorem esse in actu et ita ab hominibus possint videri quod non est verum sicut experimento receptum est, sed oculi eorum lucent ut non tenebrosa et lumine eorum non valet ad melius videndum sicut supra determinatum. Ad aliud dicendum quod quando unus oculus clauditur vel secatur lumen unius redit ad alium, sed hoc non contingit propter commissionem neruorum, sed hoc contingit tribus de causis. Quarum una est quia virtus apprehensiua naturaliter mouetur ad apprehensionem formarum et delectatur in ipsis. Unde ad locum se contrahit per spiritum visiuum. Cum igitur forma non moueat in oculo uno mouetur ad reliquum et trahit secum spiritum visibilem. Ex alio secunda est quia neruus opticus oculorum bifurcatus est in anteriori parte capitis. Et ideo propter visiuus impeditus in uno retrorsum agitur usque ad bifurcationem. Et cum ibi neruum contineatur transfunditur corpus in oculum unum. Tercia

e attenuacio quia compresso oculo
uno maior intencio sit tunc circum
et attencio frequenter facit opus
eius frequencia autem operis facit
calorem et calor cogit affluere
spiritum animalem Ad aliud dicendum
quod non est causa illa que dicitur in libro
de visu sed pocius quod parafaria
specialis contrarii super sensum illius
exaltatur et eminet super ipsum
Et ideo formam receptam ab oculis
prius sit super centrum speculi per in-
mutacionem imprimit eam adhuc et
per [illegible] oculo super centrum existenti
Eadem etiam causa est quod oculis in par-
faria generata postea videt se in
maiori quam sit. et tunc etiam propter
inspissationes quantitatis humoris cri-
stallini oculi apparet in speculo
Ad aliud dicendum quod in veritate im-
mutacio fit quasi sub angulo.
sed in hoc est deceptio quod duplicata di-
stancia non facit minorem angulum
duplo. sed in aliqua proporcione
non facit minorem Nec tamen causa
est quod bene videatur propinquitas rei
quia sic res tangens oculum oporteret
videri quod falsum est Secunda causa
quia res appareat tanta vel
tanta sicut est in aliis virtutibus
activis et passivis in natura scilicet quod
certa proporcio inter agens et paciens
Ita accipitur in visu proporcio distancie
ut medii et organi et obiecti quam
proporcione constante non erit bonus
visus Ad hoc autem quod dicitur de
demonstracione Jacob Alkindi dicendum
quod hoc concessum et ratum est quod visus
fit ad modum piramidum sed hoc pi-
ramis est figura opinionis sub qua
fit immutacio ut dictum est Nec
est causa quod melius videatur
res cadens sub centro oculi quam
causam ipse assignat sed propter que
dicta sunt Ad id autem quod queritur
hoc ultimo quare quandoque unum apparet
duo Dicendum quod huius sunt quatuor
cause secundum naturam [illegible] una quia
sic infecta [illegible] Omnis spiritus perturbatus
refertur ad sensum communem in quo

perficitur eius operacio. Spiritus igitur
visivus per nervum opticum concurrens
reddit formam apprehensam Et licet
sit in duobus oculis tamen quia refertur
et unitur in loco bifurcationis
nervi, ubi est forma ut una
in ambobus oculis apprehensa cum
autem comprimatur oculus egreditur
linea unius spiritus extra alteram
lineam in loco bifurcationis Et to-
tum ibi non contingit alium spiritum in
puncto anguli bifurcationis et ideo
tunc forma apprehensa in duobus
oculis non unitur ideo sensus communis qui
componit et dividit sensata sepa-
ratim iudicat et apprehendit eam
sicut duo sensata Huius etiam signum
quia si unus oculus comprimatur
et alter claudatur oppressione unius
oculi non apparebit unum duo
Secunda causa est ex reflexione
spiritus admixti et extra. cum enim cur-
rat inter sensum communem et sensum
particularem accipiendo ab uno et
dando alteri et sic velocissime
sit per apprehensionem velocem [illegible]
forma in oculo ad sensum communem reflu-
entem formam ad unam partem spiritus
antequam egrediatur plane ab oculo
Et tunc apparet in una parte spiritus
et in alia et iudicatur duo Et
hoc maxime contingit in ebriis et
in infirmis in quibus vapor et
ventositas elevata impellit
spiritum [illegible] sicut ventus aquam,
Unde talibus frequenter cadunt oculi propter
ventositatem et vaporem extra loca
sua ita quod appareat sicut vespa
et vento aqua moveri formam
solis in aqua fieri pluribus
locis et moveri formam quam una
coniungitur ad aliam Tercia causa
est ex fluxu spiritus sed latum per
amplitudinem nervi ut casus quod fit
est celle ymaginacionis et sensus
communis tunc enim apparet res visa
in duobus oculis eo quod in uno situ
apprehenditur antequam unam partem spiritus
perfecte relinquat sicut patet in vir-
gula candenti que videtur facere

visuum sensum particulari accipere ex diversitate enim hic et ibi et sensu generali continuitate illa loca per continuationem specierum ad formam apprehensam. Illa de causa est formata continue infert speciem sensibus communibus ita quod aliquibus stantibus iuxta aquam videtur sibi quod moveat et cadit. Hec est de causa quia dum continetur ad ymaginem casus cadentis ab alto. Et hec de causa est in navigatione videntur nobis moveri terra longo tempore postquam venimus ad portum quia forma manet in spiritu et spiritus vadit per motum forme ad latitudinem celle anterioris partis capitis. Tertia est causa ipsa compositio oculi. Sic enim supra est probatum compositio sua est in humido aqueo, per quod habilis forme apprehensive habet activitas quamcumque quando sunt formarum ad actibus et ideo quando imprimitur oculis exterius sicut humor cristallinus et diu alteratur forma et videtur diu talis res quibus. Ad ultimum dicendum videtur sicut supra quia in veritate forma accipitur esse a luce spirituale et simplex, et ideo sunt in speculo per similes in ceteris, et non per esse materiale ut supra probatum est. Et ad quod queritur quare non apparet in speculis contentis et asperis. Dicendum quod in contentis superficies est superfluis et non sufficiens ad lucis multiplicationem sibi et actu sicut immutatur. In asperis autem preter unam partem obumbrantem aliam non potest esse actus lucis per extremitatem asperitatis ut alibi dictum est. Aliud modo possunt dici ut dicit Avicenna quod in veritate est forma materialis et corporea in speculo in oculo et in ymagine que est in corpore, sed non sequitur quod si in ea ripa habeat colorem quod etiam in speculo vel spiritu animali habeat contrarium quia non omne agens agit formam in aliud quod patitur ab ipso sicut patet in primo motore qui motum facit in mobili primo cum tamen non moveatur et motibus localibus facit calorem cum tamen non sit calidus. Et sic est in multis. Unde non sequitur quod in speculo vel in spiritu animali habeat contrarium. Sed hoc vero non potest solvere mirabilia quod videtur evenire scilicet quod in speculo parvo apparet magnus mons et in oculo totum emisperium. Dicit tamen ad hoc Avicenna quod excipit autem ab hoc inconveniens potentia divisionis corporis in infinitum. Et ita vult dicere quod per divisionem sicut unus in oculo vel in speculo. Sed adhuc sequitur duo inconvenientia. Primum unum est quod non assignat causam quare dividit corpus tali modo scilicet quod per formam maneat similis forme montis et dividat in duos dimidios montes et medietas in quartos et cetera. Aliud inconveniens est quod illud quod apparet in spiritu animali iudicium sit de re. Unde oculus magnum montem debet iudicare parvum quod videt esse simile. Sed non potest Avicenna assignare causam quare distantia rei appareat in speculo et oculo sicut et ipsa res (?) ut supra in questione de visibili probatum est.

## De auditu et obiecto et medio

Deinde queritur de auditu et queruntur quatuor. Primum est de auditu in se. Secundum de auditu ex parte obiecti. Tertium de auditu ex parte medii. Quartum et ultimum ex parte actus et modi audiendi. De auditu in se quod sit ad primum sic proceditur. Dicit Avicenna auditus est virtus ordinata in nervo expansa in superficie nervi optica ad apprehendendum illud quod sibi pervenit ex commotione aeris que contingit inter percutiens et percussum resistens contritione coartata ex qua provenit sonus et pervenit eius commotio ad aerem collectum quietum qui est in concavitate

nervum positum manet illud
ad instar sui motus et cum
motione illius motus tangit
in unum. Eodem modo videtur differre
Algazel in physica sua qui dicit
quod auditus fit per sonum qui fit
per aerem intus quiescentem
intra concavitatem auris et
imprimit nervum expansum in pro-
funditate concavitatis quemadmodum
corium extenditur in tympano.
Contra primam obicitur opinionem
de eo quod dicit quod est nervus expan-
sus in superficie nervi optici. Nervus
enim opticus est nervus vi-
sibilis in quo est virtus ordinata ad
visum et non ad auditum. Di-
versarum enim virtutum quae non sunt eius-
dem generis non debet organum esse unum.
Praeterea Constabulus in libro de differentia spiri-
tus et animae dicit quod ex anteriori ven-
triculo cerebri oriuntur quinque paria
nervorum, quorum primum venit
ad oculos, secundum ad palpebras,
tertium ad linguam, quartum ad pala-
tum, quintum ad tympanum auris.
Et ex hoc videtur quod diversi [illegible] habe-
ant [illegible] sunt nervi visibiles et
nervi audibiles. Praeterea quaeritur
de hoc quod dicit quod quomodo pervenit
ad aerem collectum quietum qui est in
concavitate nervi. Hoc enim non
videtur generale esse in omnibus animalibus.
In piscibus enim non apparent viae
exteriores ad auditum in quibus intus
sit aer et tamen nihilominus experimentis
probatur in libro de animalibus quod pi-
sces audiunt. Praeterea quaeritur
si nichil occasionatum est in natura tunc vi-
detur cartilago auris extrinsecus suppo-
nitur aliquid facere ad auditum et ita non
solus nervus expansus ad aures
videbitur esse organum auditus.
Praeterea quaeritur quid faciat in
auditu tortuositas aurium et
quare reflexio aurium magis est re-
tro quam ante. Videmus enim quod in
animali [illegible] capitis est car-

tilago auris elevata aliquan-
tulum a capite. Sic ergo auditus
est ad omnem partem videtur esse via
plana ab omni parte quod foramen
auditus. Praeterea in avibus
videmus quod non [illegible] foramen
auditus habet cartilaginem, et quaeritur
quare sit hoc. Similiter in quibusdam
animalibus videmus quod habent aures
mobiles et quaedam immobiles sicut
homo et simia. Et similiter quaedam
animalia videmus habere in superficie
capitis sicut quadrupedia, quaedam
autem non in superficie sed in medio ca-
pitis sicut homo. Praeterea nos vi-
demus quosdam sensus esse ante in
capite sicut visus olfactus gustus
et tactus. Quaeritur ergo quare
auditus non sit ante in capite
sed a latere. Praeterea quaeritur de quo-
dam sicut dicit Gregorius Nyssenus
quod organa auditus sunt nervi
qui in cerebro molles et aurium
[illegible]. Avicenna autem dicit in
suo libro de animalibus quod nervi illi
facti sunt duri et cetera, videtur esse
contrarietas. Praeterea quaeritur quare
auditus ponitur secundus sensus.
Solutio. Dicendum ad primum quod
nervus opticus qui est nervus au-
dibilis ut dicit Avicenna in libro
de animalibus nascitur in vertice ab
anteriori parte medullae cerebri
et vadit ad cellam auricularem
quae dicitur tympanum et in ea dis-
pergitur, et quia utique ramus
eius dividitur in duo, maior
pars illius rami diffunditur in tym-
pano auris et minor pars exit per
foramen ossis petrosi quod dicitur foramen
[illegible]. Et ideo si iste nervus dicatur esse
in superficie optici hoc est quia tan-
git in origine nervorum sensibilium,
non quia sit idem cum illo. Sic autem
dicimus quod sensus communis organum sit
in illo loco capitis ubi concurrunt
omnes nervi sensitivi, quia aliter
sensus communis non cognosceret sensibilia

omnium sensuum particularium. Ad aliud
dicendum quod multitudo concavitatis pa-
rva differentia secundum processum cor-
poris oriuntur ab anteriori parte ca-
pitis que sunt nutrientia vocan-
tur de quibus. sed omnium predictorum
nervorum virtutes colliguntur in uno
in organo sensus communis et fanta-
sie motus enim ab omnibus sensibus
veniunt ad sensum communem et fanta-
siam mediantibus tamen nervis audi-
bilis et nervis visibiles maiores
habent quantitatem quia ista sensus
deserviunt discipline alii vero deser-
viunt nutrimento. Ad aliud di-
cendum quod in natura ut dicitur in libro de
animalibus pisces non habent vias
auditus aptas in capite quia
cum elementum sit fluxibile intra-
ret medullam cerebri et infri-
gidando illam extingueret naturam
Et propter tympanum piscium est cel-
la piscibus cooperta in qua expa-
datur nervus auditivus qui
excitatur a commotione soni qui
submittatur per aquam et propter hoc
qualitatem habet nervus ille
ad aerem commotum et propter hanc
concavitatem spiritus auditivus qui est
in ipso in quo imprimuntur species
sonorum Et ille spiritus est aer pro
aere quieto. Ad aliud dicendum
quod multa sunt in auribus que faciunt
ad bene esse et tale est cartilago
que capit commotionem aeris et est
medium inter carnem et os, quia
si esset carnea tunc esset mollis
nimis et cederet commotioni nimis
Ita quod multi soni transirent foramine
auditus quod non reflecterentur
Si vero essent dura sicut os tunc nimis
infringerent commotionem et sonos Ita
quod non distincte pervenirent ad
auditum Et ideo facta est auris de
cartilagine que media est inter
nimis molle et nimis durum
Ad aliud dicendum quod concavitas
auris longa est propter tria, quorum
unum est sumptum ex parte tener-
itudinis medulle cerebri, quia

si esset brevis subintraret frigus
ad cerebrum et occideret animalia
Secundum est sumptum ex parte nervi
auditivi qui propter hoc quod oritur
ab anteriori cellula que medullo-
sa est mollis est in suo initio et
non molle non est aptum recipere commo-
tiones et sonos ideo necesse fuit ipsum
prolongari ut induraretur ex quanti-
tate sua ad os petrosum et prolon-
gatione in foramine tortuoso Tertium
est ex parte soni quia sonus ex mul-
tis repercussionibus et circumvolutionibus
salvatur ut magis possit deprehendi
per auditum sicut patet in sono facto in
ytario sicut in tympana vel fistula
Ad aliud dicendum quod in animalibus
habentibus aures prominentes multi
aures eriguntur et reflectuntur a
posteriori capitis versus anterius Et huius
sic quia nervi auditivi tanguntur
ad anterius capitis Et propter hoc natura
ut fiat reflexio soni ad eandem partem
erexit aures retro ut percussus
sonus veniat ad anterius et huius signum
est quia animalia statim cum audiunt
sonum erigunt et dirigunt faciem versus
sonum quasi venientem anterius melius
audiunt quam illum qui venit retro,
Et hoc est quia ab ante planus est
ingressus soni retro autem propter carnem
impeditur. Ad aliud dicendum quod
aves non habent aures prominentes
propter duo Primum quia impedirentur
in volatu eo quod caperent multum venti
Secundum est quia in volatu fieret multa
repercussio aeris ad aures Et propter
hoc sonus continuus, et ex hoc acci-
dunt duo inconvenientia Primum est
quod ex illo sono continuo confunderetur
auditus ad sonos particulares Secundum
est ex continua commotione confunderetur
cerebrum et infirmaretur avis. Ad aliud
dicendum quod in animalibus habentibus rotundum
caput vie sensuum ab organis ad
anteriorem cellam propinque sunt Et propter hoc
immutationem sensuum de facili veniunt
ad sensum communem et fantasiam sicut est
in avibus et in homine Et ideo non fuit
necesse ut moverentur aures, sed in anima-
libus cum longis capitibus aures sunt
retro in capite et difficilius est re-

fluxus a retro in ante ad
locum sensus communis et fantasie.
Et propter hoc oportuit quod aures habe
rent molles et intus prominen
tes ut ex mollitie possent eas
dirigere in omnem partem ex qua ve
niret sonus et ex prominentia
extra caput deprehenderent soni, quia
quod tamen contingit particulariter quod quidam
homines movent aures quia ner
vi motivi qui sunt in musculis maxil
laribus pertingunt ad radices aurium
in ipsis, sicut et quidam movent su
periorem partem capitis ex hoc quod nervi
motivi qui sunt in musculis frontis
pertingunt in ipsis ad pellem cooperientem
super caput. Ad aliud dicendum quod
propter duas causas quadrupedia
habent aures super caput retro
cervicem. Una est quia etiam habent
caput dependens ut non libere perveni
ret aer commotus ad aures nisi
essent in eminentia. Et ideo natura erexit
aures contra potuit in celibus cum
libus. Iuxta terram enim sunt mul
ti vapores impedientes sonos.
Et huius signum est in campanis que
alte sunt suspense ubi pertingit libe
rum aerem et ideo melius sonant
et remotius audiuntur. Et hec est ratio
quam ipse ponit in libro suo de animalibus.
Alia vero est quia in quadrupedibus
inferior mandibula est valde longa
et magna pertingens usque medium
loci aliud auditui in quadrupe
dibus. Ad aliud dicendum quod due
sunt cause quare auditus non est in
facie. Quarum prima est quod alii sensus
naturaliter optinuerunt locum faciei,
ita quod congrue non potuit locari
auditus in facie. Et hec est ratio divine(?).
Alia causa est forte melior quod au
ditus est sensus animalis perfecti et moti
secundum motum processivum. Motus autem
processivus est animalis et plus est in ante.
Et propter hoc natura rotundavit et acu
it animalia ante ut facilius divi
derent aerem per quem est motus. Si igitur
foramina auditus essent ante in
facie in motu processivo continua

fieret introitus aeris in foramine
auditus et sonus illius inun
dationibus confunderet auditum et
destrueret cerebrum. Et ideo natura
ordinavit organum auditus
a latere vel retro in summitate
capitis ut aer perveniat ad ipsum
aer in motu processivo non plus di
rectus a facie. Ad aliud dicendum
quod non est contrarietas inter Grego
rium Nyssenum et Avicennam quia
dicit Gregorius nervus de cerebro continuatur
ad suum meatum a cella anteriori
medullosa capitis. Dicit vero
Avicenna nervus continuatur ad suum foramen
ubi expanditur super tympanum
et cartilaginem auris. Ad ultimum
dicendum quod auditus dicitur scientiarum sensus
propter tres causas. Quarum una
est que tangitur in principio de
sensu et sensato quia ad noti
tiam maior est visus quia mul
tas differentias ostendit visus eo quod omnia
corpora apprehenduntur per visum quia
omnia corpora vel habent colorem vel
lucem vel sunt dyaphana. Et hec
omnia sunt obiecta visus. Auditus
autem per accidens in differentias soni ostendit
et confert disciplinae non per se sed
secundum accidens. Cum igitur visus ad
sapientiam conferat per se quia ostendit
pulchritudinem rerum per se, auditus
autem per accidens quia non ostendit pul
chritudines rerum per se sed in signo eo
quod nomina signa sunt pulchritudinibus
rerum. Ideo visus primus sensuum
est inter disciplinales. Et auditus
secundus quia nomina sunt signa
omnium visibilium rerum sed odorabi
lium tangibilium et gustabilium. Ideo
autem per auditum prudentia de omnibus
per doctrinam per visum et non de omnibus.
Et ideo ceci a nativitate habentes
auditum prudentiores sunt surdis
et mutis a nativitate habenti
bus tantum visum. Secunda causa est
quia post visum perfectum(?) est in homine
qui est animalium dignius omnium animalium.
Tertia causa est quia cum sint

quibus sensibus duo autem sunt necessarii
scilicet gustus et tactus duo autem
sunt utilitatis causa ut salvetur ani-
mal ut per disciplinam ut visus
et auditus tertius autem qui est odo-
ratus generatur de utrisque et de hoc
in fine questionis de sensibus in generali [illegible]

## De auditu ex parte obiecti

Consequenter queritur de auditu
ex parte obiecti et queruntur
duo scilicet de sono et voce
De sono queruntur sex quorum
primum est quid sit sonus. Secundum
utrum alterat corpora inanimata a
sensu ut secundum tactum. Tertium utrum
generatio eius sit naturalis aut violen-
ta. Quartum quid sonat per se. Quin-
tum utrum generetur in uno aere non
[illegible] percussione
in multis partibus aeris. Sex-
tum et ultimum utrum soni sibi
obviantes in aere corrumpant
se ipsos aut non. Ad primum proceditur
sic in generatione soni non sunt ni-
si percutiens et passum et aer
expulsus videntur a superficie ut-
riusque. Et hoc dico quia sonus generatur
ex percussione. Videtur ergo quod sonus sit
unum aliquod horum. Quod autem non sit
percutiens aut passum patet per se quia
illa sunt corpora solida et plana.
Sonus autem qualitas est quod autem non
sit ipsa passio probatur sic quelibet
sentitur ab alio sensu quam ab au-
ditu non est proprium sensibile auditus
passio sentitur a visu ergo non
est proprium sensibile auditus ergo non
est sonus. Prima probatur per Philosophum quod quinque
sensus distinguuntur per sensibilia
propria. Secunda patet ad sensum quia nos
videmus ictus percutientis. Si forte
dicatur quod sonus est aer expulsus
a superficie utriusque scilicet percutientis
et passi, hoc non videtur quia aer
corporalis est quod distinguitur calido
humido que sunt qualitates corpora-
les actu et sic non erit proprium obiectum
auditus. Preterea nullum corpus
per se est sensibile, aer est corpus
ergo non est per se sensibile aliquo
sensu. Prima probatur per Philosophum quod quicquid
infert passionem sensui est passio
aut passibilis qualitas sed omne
sensibile per se infert sensui passionem
ergo omne sensibile est passio aut pas-
sibilis qualitas ergo nullum corpus
est sensibile per se. Si forte dicatur
quod sonus est motus aeris. Contra
nullum sensibile proprium potest per se esse
sensatum commune. Motus autem est
sensatum commune ergo non potest esse sen-
sibile proprium auditus ergo sonus non
est motus. Preterea quodcumque fit
ab aliquo sicut ab efficiente non est
illud, sonus fit a motu sicut ab
efficiente ergo sonus non est motus.
Preterea quecumque duo sic se habent
quod unum percipitur sine alio, illorum
unum non est aliud. Prima patet
de se. Secunda probatur per experimentum
quia videntes percipiunt sonum non
percipientes motum ergo idem non potest
fieri simul et ignorari ut dicit
Avicenna. Manifestum est quod sonus
non erit motus aeris. Solutio
Dicimus cum antiquis quod omnia hec
obiecta naturalia sunt sicut dicit Algazel
in physica sua, sonus est quedam
quod fit in aere propter undationem
accidentem aeri ex motu fortissimo
provenientem ex vehementi aliquo-
rum motu per percussionem aut separationem.
Dicimus ergo quod sonus est qualitas
sensibilis proveniens ex fractione
motus aeris et existens cum illo.
Dico autem qualitas sensibilis propter sensum
auditus. Et dico fractione motus
quia non quilibet motus aeris facit
sonum sed motus frangens aerem
angulos divisibiles sit per naturam. Et
dico existens cum illo quia sonus non
habet esse nisi quamdiu durat motus
ille. Unde cum motus debile habet esse
propter duas causas scilicet quia ipse est actus
existentis in potentia. Et esse tale non est
nisi secundum quid. Esse enim simpliciter est ab
actu qui est forma. Et iterum quia
motus sic est successivus et prima
[illegible] de ipso nil aliud accipe

neque secundum esse neque substantiam
In hoc enim differt a tempore tempus
enim est aut tempore permanens secundum
substantiam licet non secundum esse ut
in questione de tempore probatum est / Cum
ergo sonus recedat tam ab esse
debili et cum ipso tempore adhuc
habeat esse debilius et propter hoc
ab auctoribus non invenitur expresse
per determinatum quid sit sonus
Sed modo super dicto potest differri
secundum naturam causarum per illam enim diffi
nitionem tangitur efficiens sonum et for
ma et finis et permanentia forma
ma enim et finis tangitur per hoc
quod dicitur qualitas sensibilis sensu
auditus per hoc autem quod dicitur pro
veniens ex motu fractionis aeris
tangitur efficiens et materia per
hoc autem quod dicitur cum illo tangitur
permanentia eius in esse etc.

## Utrum sonus alterat corpora inanimata et sensum vel sensum tantum

Ecundo queritur utrum sonus
alterat corpora inanimata et
sensum vel sensum tantum Et hoc
est querere utrum in aere sit mo
tus fractionis tantum et non esse sonum
et esse sonum tantum sit in sensu sed in
nervo expanso in tympano
auris ut dictum est Et videtur
quod habeat esse in aere sicut omne
sensibile sentitur per medium in quo
habeat aliquid esse / ergo sonus
habet aliquod esse in aere Preterea
quibus alterat aliquod per se alterat
ipsum per qualitatem que est in ipso
secundum esse Aer alterat auditum per se
ergo alterat auditum per qualitatem
que est in ipso Si forte dicatur
quod hoc non sequitur quia motus
alterat aliquid secundum calidum tamen mo
tus non est per se calidus Contra
hoc est instantia quia motus
non facit calorem nisi per accidens
Propter autem obiectio procedit de per se
alterante Si forte dicatur iterum quod
motus facit calorem per accidens
sed tamen semper facit eum in sub
iecto susceptivo caloris / et similiter
aer impulsus percutiens nervum
audibilem facit in nervo per
accidens sed tamen facit eum Et sic
motus non est calidus ita aer
percutiens non est sonans Et ideo
sonus non habet nisi tantum esse in sensu
et non in aere Contra sic
est quod illud quod alteratur per
motum non percipit calorem nisi per
percipiat motum / ergo similiter in sensu
auditus non percipietur sonus
nisi prius per accidens sensum percutia-
tur motus aeris percutientis Et hoc iam
improbatum est / quia multa per-
cipiunt sonum que non percipiunt
motum Si forte dicatur quod licet
non percipiat tamen est ubi mo
tus percutiens nervum est per
cutiendo ipsum naturaliter est ipsum per
cipi Preterea si est motus et so
nus in nervo aut utrumque
essent sensibile per se illius nervi
aut unum per aliud / aut unum
sine alio Si primo sonus sed
cuius sensibile erit per se a sensu
auditus quod super improbatum est
Si secundo aut ergo motus sen
titur per sonum aut econverso / et quo
cumque modo dicatur oportet per
ceptum impellentis nervum sentiri
a nervo audibili quod est contra
sensum / quia nos non sentimus
nervum nostrum qui est in aure
nostra tamquam impulsum a mo
tu aliquo / ergo videtur quod sonus
alterans sensum habeat esse in
aere et recipiatur sine commo
tione aliqua a nervo Preterea
omnes auctores ita dicunt quod ma
teria soni est aer / ergo videtur
quod unumquodque habeat esse suum
in aere Preterea nos videmus
in reflexione soni ex eo quod aer
percussus reflectitur sicut patet in sono
echon et non reflectitur nisi in eo
in quo est / ergo sonus habet esse in
aere et non tantum in auditu si
hoc concedatur Oritur enim in opinione

quia iam est ostensum quod sonus non durat in esse nisi quamdiu durat commotio fractiva aeris, commotio autem fractiva aeris non est nisi in medio sensibili, quia si esset sentiretur, ergo videtur quod sonus non sit in medio sensibili secundum quod habeat esse in aere. **Solutio.** Commentator reputat hanc quaestionem difficilem, sed tamen videtur nervus immutari a sono ex aere percutiente et sonante. Sed nos tamen propter rationes superdictas sequentes dicta naturalium dicimus quod immutatur ex aere percutiente et sonante per hunc modum, quia aer extrinsecus motu fractionis sonans partem aeris generalem in aure, et ille est effectus passus et sonans ad similitudinem exteriorem. Nervus autem auditus expansus in tympano auris tangitur ab aere passo, sed non de necessitate immutatur nisi secundum sonum. Et hoc est ideo quia sensus recipit sensibiles species sine materia. Unde cum materia soni sit aer passus, sensus igitur auditus percipit sonum sine aere passo, et tamen non alterat aer passus nervum. Ideo dicendum quod sonus secundum esse suum quod habet in materia est in aere et alterat aerem, sed secundum quod consideratur sensibilis spiritualis est in sensu. **Ad hoc** autem quod obicitur quod esse soni non est nisi cum esse fractivo aeris dicendum quod hoc intelligitur de esse soni quod habet in materia et non de esse soni quod habet ut species sensibilis in sensu. Ex dictis autem patet unde contingit quod nos percipimus sonum et non percipimus aeris motum, quia licet in aere duo sint scilicet sonus et motus, non tamen de necessitate alterat nervum sensibilem nisi secundum alterum scilicet sonum.

**Utrum generatio soni sit naturalis / sonum lr. vel violenter**

Tertio quaeritur utrum generatio soni sit naturalis vel violenter. Et videtur quod violenter. Cuius generationis omnes conditiones circumstantes sunt violentae, eius generatio est violenta; omnes conditiones soni generationis sunt violentae, ergo generatio soni est violenta. Maior probatur quia talis est unaquaeque qualis sunt conditiones circumstantes ipsam. Sicut enim est in actu morali quod ex circumstantiis consideratur natura eius, ita est in actu naturali. Minor probatur per hoc quod circumstantiae soni sunt percutiens et passum et aer fractus quae omnia sonant violentiam. Item secundo quod a duobus alicuius speciei simul contrahitur in speciem est in genere illius, sed conveniunt cum natura generationis. Prima probatur per hoc quod differentiae specificae non contrahunt in speciem nisi genus quod dividunt. Secunda probatur per inductionem, quattuor enim sunt plures motus violenti ut videtur in septimo physicorum, scilicet pulsio, tractio, vectio et vertigo. Sonus enim qui est a percutiente ad solidum planum est ad motum expulsionis, sonus vero qui est per aliquid tenuius trahens aerem sit sicut in fortibus suspirantibus est sicut tractio. Sonus autem qui fit in concavo et in tympano aut fistula fit sicut vectio. Echo fit sicut vertigo, quia fit ut dicit philosophus in secundo de anima, cum reflectitur sicut sphaera. Item haec est differentia inter loci mutationem naturalem et violentam quia naturalis velocior est in fine quam in principio, et violenta e contrario ut habetur in primo de caelo et mundo, sed sonus est fortior in principio et debilior in fine, ergo videtur esse a motu violento et ita generatio eius erit violenta. Item quod generatur ab exteriori nihil conferente sibi naturam, sed illud generatur violenter. Prima probatur ex hoc quod generatio naturalis procedit de naturali quod aliquid influit generato secundum naturam. Secunda probatur per hoc quod primum generans primum sonum est fractio aeris et ponamus quod illud sit verberans solidum planum, hoc autem est durum, quod nec formam substantialem influit aeri nec accidentalem, quia si substantialem influeret tunc influeret formam ignis ut flammae quod patet esse falsum. Si autem accidentalem influeret tunc influeret planitiem et duritiem ut aliquid huiusmodi quod patet esse falsum. **Sed contra.** Omne quod naturaliter patitur ab aliquo et non nisi ab illo illud est principium

naturale activum et motivum ipsius
Auditus naturaliter patitur a sono ergo
sonus est naturale principium activum et
ipsius motivum. Prima probatur quia
quod si esset passivum aliquod in natura
quod non haberet suum activum in natura
tunc esset aliquid ordinatum ad
perfectionem aliquam quam non posset ha
bere per naturam et sic esset frustra et
vanum. frustra autem et vanum non
sunt in natura. Secunda patet per se. Et pro
batur tertia: illud sic quietum complet
potentiam passivam secundum naturam ipsum est
res naturalis. sonus complet audi
tum qui est potentia passiva secundum naturam
ergo sonus est res naturalis. Item sicut
alii sensus patiuntur a suis sensibilibus
naturaliter et corrumpuntur ab excel
lentiis et delectantur in proportione
convenienti. Sic et auditus. ergo sic
alii sensibus naturaliter immutantur a suis sen
sibilibus sic etiam auditus. Et sic redit
idem quod prius. Ad aliud dicimus
quod sonus est species naturalis. species autem
naturalis quia per motum incipit esse
educitur de materia. Et ideo ab efficien
ente non habet quod sit naturalis neque quod
non sit naturalis. ab efficiente enim non
est forma facta quod efficiens dat eam
sed potius efficiens operatur transmu
tando materiam ut educatur forma ad
actum que potentia fuit in materia.
Sed illa sola est forma violenta que
non educitur de materia sicut est forma
artis in aliquo artificio. Cum ergo
ab efficiente forma non habeat quod sit
naturalis neque non naturalis, sed potius
ad proportionem quam habet ad potentiam
materie, et ipsa quoque educi ab a
gente violento quoque ab agente secundum
naturam sicut est videre in igne que edu
citur ex calefactione ferri ad lapidem
qui ignis est res naturalis. Ad primum
ergo dicendum quod illa facta quod ex contrariis
circumstantiis generatur sonum sunt videre
sunt etiam conditiones soni ex parte ma
terie. Actus enim sonativus educitur
de potentia materiali et proportio illius

ad ipsam non est violenta sed naturalis.
Sed verum est quod conditiones agentis vio
lente sunt sed ab illis non habet sonus quod
sit naturalis vel etiam non naturalis ut dictum est.
Ad aliud dicendum quod species sonorum
distinguuntur iuxta species motus vio
lenti, sed tamen non sunt species motus vio
lenti. Et hoc contingit quia sunt ab illis
et cum illis ut dictum est. Ad aliud
dicendum quod sonus remittitur in fine
non ideo quod sit res violenta, sed potius
quia non habet esse nisi cum motu vio
lento. Ad ultimum dicendum quod hec
est falsa quod generatio cuius sit violenta
cuius generantis nichil influit de
natura sua. Iam enim habitum est quod
ab agente quod est extra generatio dicitur naturalis
neque non naturalis. Patet enim quod primus mo
tus influit primo mobili motum
qui motus ut est de natura moventis.
Et tamen primum mobile movetur naturaliter
et similiter possumus hic dicere quod percutiens
influit ante transmutationem in actum
sonativum que transmutatio ut est de
natura percutientis. Quid prius sonat
percutiens vel percussum vel utrumque
Consequenter queritur quid prius sonet
utrum percutiens vel passivum
vel utrumque. Et videtur quod percutiens.
Cum enim duo sunt agentia ordinata
ita quod unum est agens primo et alterum
consequenter, secundum agens habet hoc quod agat
a primo agente. sonus autem et percutiens
sunt duo agentia ordinata, sonus
enim non agit in auditum nisi percutiens
agat prius. ergo sonus id quod agit in
auditum habet a percutiente. ergo percutiens
principaliter sonat. Prima in septimo et 8 vo
physicorum in multis locis ubi dicitur
quod secundum movens non movet nisi primum
movens moveat. Secunda scribitur in 2o
de anima. Item simpliciter habitum est quod so
nus est generatus esse a motu et cum
motu fractivo aeris. motus autem
fractivus principaliter est a verberante. ergo sonus
principaliter agreditur ab actu percu
tientis. Prima habitum probatur ex su
perhabitis. secunda non probatur ex hoc

quod in motibus pacientibus cum paciente non
est / sed ab agente. si enim esset ab
paciente tunc superfluum esset agens.
Si hoc concedatur **Contra** quicquid
2m agens agit secundum illud quod recipit
a primo agente oportet quod primum agens
influat ei speciem secundum quam agit. ergo si
sonus agit secundum illud quod recipit a pa-
ciente necesse est quod paciens influat
ei speciem secundum quam agit et actus sonativus
ergo influit ei actum sonativum Set hoc
videtur falsum. ultimum enim agens influit
secundum speciem quae est in ipso Actus autem sona-
tivus non est species primi pacientis secundum species
cuius potius est quod est ferrum vel lignum
vel solidum vel planum Item nos
videmus sonum generari ubi non est pa-
ciens cum generatur generari tangunt se
sicut agens et paciens. ergo videtur non
velle sonus generari a primo paciente
Prima probatur ad sensum. quia in loco
remoto ab actu pacientis auditur
sonus et non auditur nisi ubi ge-
neratur. ergo generatur in loco remoto ab
actu pacientis Si forte dicatur quod vir-
tus percussiva relinquitur in aere distante ab
ipso. sed illa generat sonum sicut est in loci
mutatione quae est expulsio. hoc enim
videtur quia in loci mutatione non est
nisi loci mutatio. haec autem est generatio
aliquam **Preterea** in loci mu-
tatione non est nisi illud quod est violen-
ter secundum super habitum est. quod sonus habet esse
secundum naturam **Solucio** dicendum est
quod sonus generatur multis modis. Et ideo
paciens et passum cum generantur dicuntur
multis modis. quicquid generat sonus
ex percussione duorum planorum solido-
rum ad invicem per hoc quod expellitur
aer a superficie utriusque equaliter
et sic non generatur nisi esset asperi-
qua tunc aer generatur non expulsus
inter partem eminentem et partem depressam
Similiter non fiet sonus si esset mollia
quia tunc cedunt aeri et non expel-
lerent ipsum. similiter si essent acuta sic
non facerent sonum sicut acus acuta

penetrativum est et divisibile po-
cius est quod expulsivum et fractivum
fit autem precipue sonus magnus si autem
plena sint illa quae percuciuntur
sicut sunt metalla quae aerem
passivum diu retinent et per hoc
magnum faciunt sonum **Alio modo**
fit sonus non ex percussione corporis
solidi ad corpus solidum. sed potius
ex scissione unius partis corporis ad
aliam sicut corrumpitur pannus vel
lignum quia tunc videtur frangi
aer et fractura aeris causat sonum
**Tercio** modo fit sonus expulsione
aeris ad aliud sicut pulmo pel-
lit aerem ad partes diversas arterie
**Quarto** autem modo fit constrictione ae-
ris quando constringitur aer per folles
et per inflacionem in fistulam
Et hoc modo autem generatur cum ventus
impellit aerem ad cavernas et fo-
ramina ubi constringitur aer **Quinto**
autem modo generatur ex undacione aeris
sicut dicit Algazel. sicut enim in sono
ventorum sive sono tonitrui impel-
lente magna parte aeris fertur super
aliam antequam illa nata sit cedere tunc
enim frangitur et facit sonum **Ad pri-**
**mum dicendum** quod non oportet quod a-
gens illam speciem secundum quam agit ha-
beat a primo agente nisi univoce
generetur ex illo hoc autem non est hic
ut patet ex dictis **Ad aliud** quod
obicitur in contrarium dicendum quod motus fra-
ctivus aeris ab utroque est scilicet a paci-
ente et passo Et ideo utrumque
sonat divisione. tamen utrumque secundum eo-
rum expellendo frangit aerem unum
sicut paciens et alterum sicut passivum
**Ad aliud** quod obicitur in contrarium
dicendum secundum supra dicta quod agens
quicquid influit in paciens suum mo-
tum quod non est natura eius neque
species cuius Non enim oportet quod omne
quod agit ut movet agat univo-
ce quia sic omne movens moveretur
secundum quicquid paciens recipit aliam ulterius

ab ipso agente sed quia non disponitur
agens sicut patet in sole a quo
recipiunt elementa calorem a
quo generatio vel alteratio rerum et
tamen calore illo sol non disponitur
et supra hoc est aer recipit a
percutiente et passo impulsionem
fractivam generativam soni sed quamvis
percutiens et passum non disponitur
**Ad aliud** dicendum quod sicut
dicebatur virtus primi percutientis
relinquitur in aere ita quod unus
aer pellit alium et tam diu
durat sonus quamdiu durat per
cussio nec oportet quod sit in omnibus sicut
ad motum localem violentum

**Utrum sonus generatur in uno tantum**

Sexto quaeritur utrum aere
sonus generetur in uno aere
tantum vel successive in multis
partibus aeris Et circa hoc quae
runtur duo scilicet de sono in se et
de echo circa illud philosophus
videtur habere quoniam **Ad primum**
proceditur sic Omnia sensibilia
determinant duo media unum facile
divisibile aliud difficile divisibile
si ipsum sine multiplicatione sui
in materia diversa per transire ad
sensum dividendo tamen medium minus
divisibile et transeunt dividendo
medium magis divisibile tale sensibile
est sonus quia habet media
aerem et aquam et transibit ad
auditum ad aquam dividendo aquam
tamen prima pars patet secunda probatur ipsa
sonus ergo non videtur generari nisi
in prima materia quae percutitur et non
in omni aere per quem transit Item
alia sensibilia quae sunt per medium
extra transeunt per aerem non mu
tando eam a sua figura ergo a
simili videtur quod et sonus aerem a sua
figura non debeat mutare sed non
generatur sed in ipso nisi transmutet fi
guram suam ergo videtur quod non
generetur nisi in primo aere percusso

**Praeterea** Si sit ut sic supra
dictum est quod esse soni est cum motu
violento fractivo aeris tunc videtur
si sonus propter generetur in alia et alia
materia quod semper debilitatur sed quod ma
gis et magis removetur a materia
in qua primo generatus est sicut debi
litatur motus violentus sed quia magis
et magis distat a primo faciente
violentiam et sic hoc numquam perveniat
aliquis sonus ad auditum sed quod
primo generatus est nisi in ipso audi
tu generetur quod falsum est ergo videtur
quod generatus in una materia sed generationem
sui in medio transeat per medium **Sed
contra** si ponantur multi circa se per unam
certam distantiam ad quorum unumquemque possit
venire sonus unius sonantis Si igitur
sonus non generatur nisi in una parte
medii oportebit quod illa eadem pars nunc
aer per duos quod est impossibile Item si
tamen est in una materia dividente
medium oportet quod illa una in eodem
tempore in duobus locis dividat medium
et hoc ideo quia contingit auditum
fieri per circumferentiam et sic oportet quod
omne tunc non possit egredi a cen
tro per circumferentiam sed et semel divi
dat medium quod est impossibile **Solutio**
dicimus quod sonus non generatur in una
parte aeris tantum sed in omni parte usque
ad auditum sicut ratio probatum est
Omnia enim res sensibiles non habent esse
nisi in materia sua Unde quantum
autem pertinet primum percutiens a quo
egreditur sonus tamen aere pertinet
aer percussus et generat in eo sonum
et ille aer alium autem et quamdiu
durat violentia percutientis Et sed
debilitate illius violentiae debilitatur
et sonus **Ad primum** ergo dicen
dum quod sonus habet duplex medium scilicet
medium quod est et materia et medium
quod est medium tantum Aer autem est
medium et materia aqua vero
medium tantum Et ideo cum numquam
generetur in materia sibi convenienti

propter divisionem eius generatur sonus
motum propter generatur dividat ipsam
aquam. Quando vero corpus non est materia non
suscipit generationem soni in partibus suis
et tunc sonus non habeat esse in
materia que est corpus et corpus non
potest transire per corpus nisi dividendo
ipsum. Unde est quod sonus non venit
ad auditum per aquam nisi dividendo
et ideo non est simile de aere et aqua
Ad aliud dicendum quod non est simile
de sono et de aliis sensibilibus. Alia enim
sensibilia habent materiam in qua
sunt preter materiam medii, sonus autem non
habet materiam in qua habet esse naturale
nisi aerem tantum. Ad aliud dicen-
dum quod sic est sicut probatum obiectio sed
tamen in principio quando videntia est in
ecenieto tunc non capit decremen-
tum videntie. De echo utrum
in illo fiat reflexio

Septimo queritur de echo utrum
in illo fiat reflexio eiusdem
aeris primo passi. Hoc enim
videtur sic est sonus figuratur secundum figuram
eorum passorum. Moventis autem passus
passionis non habet figuram sicut primum
patientis non fiat redire echo secundum similitu-
dinem ad primum sonum non redibit in
materia primo passa. Et hoc expres-
sa patet quando aliquis clamat distin-
ctas voces et articulatas ad montem
ille non redibit distincte et articu-
late. Hoc etiam videtur per Aristotelem expresse
qui dicit sic in sexto de naturalibus. Verumtamen
sicut consideramus nos si tinnitus id est echo
est sonus qui audit ex commotione
et aeris commoti in motu primo. Cum
autem commotionis aeris prima et ultima
revertentur. Et post subiungit solutionem
dicens. Videtur autem tinnitus id est echo esse
commotio primi aeris ad nos iterum
repulsi. Unde est procurans et effective ergo
Ex hoc relinquitur quod echo revertatur
in eadem materia in qua generatus
est primus sonus et propter imitatur pri-
mum sonum. Iuxta hoc iterum
queritur utrum semper fiat de echo. Hoc
enim videtur quia sic dicit Philosophus 2o

de anima, et Aristoteles in 2o de naturalibus
quod semper fiat licet non semper audiatur
Sed tunc queritur quid sit reflectere
sonum. Cum enim reflexio sit sicut repercussio
et percussio non fit nisi sit a solido
plano, tunc etiam reflexio non fiet nisi
a solido plano. Hoc autem non semper videtur
in plano, quia quandoque sonus est in aere
libero ubi non est solidum planum
Preterea queritur quare frequenter
auditur echo ad montes et silvas
Solutio dicendum quod reflexio soni
non fit in aere primo passo secundum formam
et figuram prime passionis. Ad id
autem quod in genere obicitur est dicendum
quod illa obiectio procedit si motus pateret,
sed motus non patitur, secundum tamen reflectit
aer autem passus patitur generando so-
num in profundiori aere plus in se generato.
Concedo tamen quod aliquantulum resultat
figura soni propter resistentiam ad aerem
impulsum. Et hoc est causa quare
voces non ita sunt distincte in echo
sicut in voce principali. Ad aliud
dicendum quod Aristoteles attingit sonum ori-
ginale in forma et non in materia. Re-
iteratur enim sonus in echo secundum formam
primi sonantis. Ad illud quod
ultimus queritur dicendum quod semper sit re-
flexio in echo non tamen semper perceptibilis
Et hoc contingit propter duas causas
tenuarum una est debilitas refle-
ctentis, altera autem propinquitas eiusdem
ad aures audientis. Ad aliud
dicendum quod reflectens est resistens
parvum. Et hoc est qualiter partes passa
videntur, quia qualiter aliquantulum
resistit licet vincatur a violentia.
Ad illud quod queritur de montibus
et silvis quod in hiis frequenter audit
echo dicendum quod in montibus superius
prominentibus et cavernis fit echo
quia in illis est depressio aeris
passi sit in propria. Similiter in silvis
altis fit multa particula ad ramos
superius et stipites inferius. Et propter
hoc etiam ibi fit depulsio propriatis
In caverna autem et sepulcre si stricta
est prohibetur diffusio impulsionis
propter circumferentiam et ideo necesse est quod

aer impulsus impellatur ab an
te fortificatur eius impulsio Et
ideo in talibus longe est auditus
prius sonus Et hec est causa
quare est in silvis bene auditur
sonus quia arbores impediunt
diffusionem aeris percussi Et propter hoc
fortificatur violencia eius ita quod lo
ge fiat sonus Utrum soni obvi
antes corrumpant se etc

Consequenter queritur utrum
soni obviantes sibi in aere
corrumpant se mutuo Et non
Ponamus enim unum stare contra al
terum in diversis locis et unum proferre
acutum sonum alterum autem proferre
gravem sonum Est in duobus figuratu
ris sonorum ubi enim soni ali
quando sunt in medio ita quod utique alterum
et tunc ille non audiretur quia corruptus
est quod utrum falsum est quia uterque au
ditur aut unus cedit alteri et
hoc non videtur quia non esset causa
illam cessionem quare unus esset magis
fortis alteri Preterea si cedit
alteri tunc auris qui esset prope dya
metrum non audiret sonum cedentem
quod utrum falsum est Si forte dicatur quod in
ultate non est manifestum in medio
esse duos contrarios sonos quia in
medio sunt sensibilia secundum esse spirituale
Et secundum esse spirituale non habent contra
rietatem Et ideo non corrumpunt se
mutuo Contra in quolibet
quod sensibile habet esse secundum naturam in illo non
est secundum esse spirituale secundum sonus secundum figura
naturam habet esse in aere ut in materia
ergo non habet esse spirituale in eo Item
omnia contraria destruunt se in eodem
quod est materia utriusque secundum aer est ma
teria sonorum ergo in eadem parte ae
ris destruunt se soni contrarii Et sic
redit prima dubitatio quia soni ob
viantes sibi sunt in eadem parte aeris
Si forte dicatur quod natura soni consistit
in figura aeris et figura figure non
est contraria sicut dicit Aristoteles in libro de sensu
et sensato ideo una non corrumpit

alteram Contra licet una fi
gura non contrariatur alteri tamen una materia nume
ro non est susceptibilis duarum ut hic
figurarum cum ergo conveniat isti soni
in medio contingit in materia una
Et cum illa materia non sit susceptibilis
utriusque figure necesse est alteram cor
rumpi Preterea licet figura fi
gure non sit contraria tamen causa figurans est
contraria cause figurati Cum igitur
causa figurans sonum sit motus
sicut alio modo sentiendo dicitur illa causa
semper est contraria cum sono cum igitur
soni illi conveniant in eadem materia
necesse est et illas causas concurrere
in eadem materia convenire Et sic
una corrumpat alteram et cum cessat
causa cessat effectus necesse est
et sonum corrumpi Item sonus est
sensibile ergo est passibilis qualitas hanc
generatur in suis speciebus ergo in conveniendo
super naturam una species ipse corrum
pent se secundum dictum maiorem et minorem
ita quod minor circulus generatur maio
rem Et ille utrum maiorem sit est
lapide proiecto in aqua stante ut
lapis cadens super centrum est et ut
totum circuli successive generantur
causa eo quod una pars aque im
pulsa inundat super aliam sic est ac
si quasi per continuationem Et sic aer
impulsus per primum sonum inundet
super alium inundat tamquam cum
circulus non tangit circulum nisi in puncto
soni ex opposito venientes non tangunt
eis se nisi in puncto Et sic non
se ad invicem Sed unus sic dicatur
Contra circulus maior et circu
lus in aqua est secundum naturam aeris et
aque secundum nos videmus in aqua quod
unus circulus infringit alterum ut
in toto ut in parte ergo similiter erit in aere
et corrupta continuacione necesse est
sonum corrumpi saltem in illa parte
ubi obviat fortior motus adhuc
idem quod unus sonus corrumpat alterum
Preterea nos videmus quod venti ad
ducunt nobis sonos Campana
enim longius auditur ad illam partem
quam flat ventus quam in parte alia

ergo patet quod corrumpitur qui uno
sono saltem plus extendit quam alter
Preterea nos videmus experientia
hoc quod quando magnus sonus est au
ditur vox, scilicet quando pulsatur
non auditur loquens. Et similiter in mo
lendinis non bene auditur loquens.
Solutio dicamus quod soni dominan
tes contrarii et excellentes ipsum
sunt se in toto contrarius ita quod ab am
bobus generatur unus confusus. Et
hoc quando ambo sunt excellentes. Vel
alter destruit alterum. Et hoc quando unus
sunt fortis et alter debilis. Sed tamen
notandum quod non ubique corrumpit se
nisi alter obtineat alterum in tota cir
cumferentia sicut quando unus est debi
lis et alter valde vehemens, sed quando
operatur in fortitudine autem maxime
insurgit, se ad dyametrum sona
tum, sed in alia parte circumferentie non ita
et quod ubique fiat reflexio in sono ut
dicit philosophus contingit quod utrumque alterum sono
rum adhuc potest quamvis quilibet in quadam
parte sui sit corruptus, tamen in altera
parte sui circumferentie reflecti ad au
ditum. Et hoc patet solutio ad totum. Et ulterius
patet solutio quare in gyro sonantes sono
sequentes magis audiuntur quam precedens
sequentes enim obtinet precedentem et cor
rumpit ipsum sed aliquid in toto. De
voce utrum ipsa sit signum

Tertio queritur de voce, et queruntur
quatuor. Primum est utrum ipsa
sit signum ymaginationis vel affe
ctus nature. Secundum est de voce que sig
nificat intellectum et per eam intellectus dicitur.
Tertium est de diversis vocum significationibus et secundum
Ad primum proceditur sic dicit Aristoteles in 2o de anima
quod in voce oportet esse animatum verberans
et cum ymagine aliqua ergo videtur
quod omnis vox sit signum ymaginationis
Item unde dicit Aristoteles signus quidem sonus
est vox et non respirati aeris sicut
tussis. Non dicit in omnibus animalibus
vocantibus per significare preter intelli
gibiles quia non in omnibus animalibus
vocantibus est intellectus ergo videtur quod vox
sit significativa ymaginationis alicuius.

Preterea dicit Avicenna quod multi
tudo et desiderium causatur ab
ymaginatione quia ymago movet
desiderium. Et sic videtur quod vox secundum
naturam principaliter sic causetur ab yma
ginatione. Et sic vox aliquid signi
ficabit in ymaginatione. Sed con
tra nichil idem et eodem modo se habens
potest esse signum diversorum, sed in multis
animalibus brutis videmus vocem non
diversificari, sed uno modo vocant omnia
que sub eadem sunt specie vel uno modo
appetentia alia. Ymaginatio autem
in illis diversificatur. Ergo vox non potest
esse signum ymaginationis. Item dicit
Damascenus quod bruta magis aguntur
in natura quam agunt, sed sicut ymaginatur
ergo videtur quod vox magis sit signum
instinctus nature quam ymaginationis. Item
Avicenna in libro suo de animalibus dicit quod
aves et apes construunt modos non
ad ymaginationem sed ad instinctum
nature et hoc probat quia sicut
per omnes et eodem modo. Ergo similiter quia
semper et eodem modo faciunt signum quod
vox non sit ad ymaginationem, sed ad
instinctum nature. Sed si concedatur
tunc videtur et similiter dicere quod inter
omnia animalia solus homo vocat. Solutio
dicamus quod multa animalia vocant
et non solus homo, quamvis tamen per plu
rimos aliqui actum et attractum
habent notabiliter et ymaginatione illa
vocant et non alia. Et dicamus quod vox
eorum significat ymaginationem, sed signum
est duplex scilicet formatum et informe
sive distinctum et confusum. Distinctum
autem vocis signum non est a natura
sed a placito et institutione. Et hoc
non est nisi in illis animalibus in quibus
ymaginatio dominatur supra instinctum
nature. Ita quod potest abstinere ab ipso
et imitari, cum sit in homine. In aliis
autem animalibus in quibus causatur ab
instinctione nature et semper eadem potentia
Cum signum est quia non faciunt to
talia neque instinctus suorum operum
in illis est signum ymaginationis
non est nisi per naturam et non ab insti
tutione. Et quia natura est eadem

in omnibus propter hoc sive voces et
sua opera sunt similia in omnibus. Et quia
similitudo est causa indistinctionis
propter hoc sive voces in ... ad distin
cte nec unum accipit ex voce
alterius nisi desiderium eius in generali
scilicet indigentiam cibi et desiderium
coitus et nocumentis et vocationem
societatis. Et hiis desideriis et ali
quo modo variant suas voces.
Ad primum ergo dicendum quod vox eadem
non prolata est signum generale conceptus
sed non est signum speciale. Ad aliud
dicendum quod Damascenus et Augustinus
non intendunt excludere ymagina
tionem ab animalibus brutis vocalibus
sed intendunt dicere quod ymaginatio
eorum non ducitur instinctu nature sed
potius regitur ab ipsa.

Eciam queritur de voce
que significat intellectum et speciem
intellectus. Et hoc est querere
de dictionibus significativis. Et cum species
intelligibiles sint in anima per prius quam in voce
et auditu. Per vocem sic arguitur
abstrahitur ab aliquo oportet quod per aliquem
modum sit in eo, sed species intelligi
biles abstrahuntur a dictionibus ergo oportet
quod sint in illis. Item dicit Augustinus
quod in libro de ... sunt vox que transit et
significatum quod manet, ergo est ibi sig
nificatum. Item Aristoteles in primo perihermeneias dicit quod vo
ces sunt note earum quedam que sunt in
anima passionum. Item dicit philosophus quod dictio
nes quibus utitur sunt locate arti
culate, locate sunt quia sibi proprie
articulate quia significant. Sed contra
in partibus animalis que non contingunt
actum non est in materia vocis neque vox yma
ginationis et intellectus non attingit
actum, ergo non est natura in corporibus materia
vocis neque vox. Item quecumque
conveniunt in una natura est ut ab
aliquo modo se contingat. Sed im
possibile est vocem et speciem intelligi
bilem se contingere eo quod materia
vocis non extenditur ad ymagina
tionem et intellectum, ergo impossibile
est vocem coniungi cum significato sive

cum specie intellectus. Et ideo voces nichil si
gnificabunt. Item philosophus dicit quod in anima
secundum quemdam modum est locus specierum.
Unde procedit sic, quidquid mouetur ad locum
ut in eo maneat et conservetur non
movetur ab illo nisi violenter, species
ymaginabiles et intelligibiles moven
tur ad ymaginationem et intellectum ut
maneant et conserventur in illis, ergo ab
illis non movetur ad vocem prolatam
nisi violenter. Et tunc queritur quid
sit faciens violentiam et erit impossibile
fingere. Et sic videtur videtur quod voces
nichil significant. Si forte dicatur quod non est
necesse quod signatum coniunctum sit signato
sicut videmus in circulo quod significatus est
et tamen non est ei coniunctum signatum. Sed
contra secundum hoc vox sine signato
transit ad audientem discentem aliquid
a docente et disciplina quam accipit
constat ex hiis que transeunt ad ipsum
per auditum, ergo disciplina sua constat
principaliter ex vocibus que sunt sine sig
nificatis coniunctis sibi quod falsum est, quia
disciplina constat principaliter ex similibus
signatis per nomina et non ex nominibus
nisi per accidens. Contra philosophus in primo de sensu
et sensato per accidens ad sapientiam au
ditus multum confert, primo enim au
ditus ... causa est disciplina
non per se sed per accidens. Ex nominibus enim
constat. Nomen autem unumquodque symbo
lum est. Si forte dicatur voces habent
similitudinem illam naturaliter coniunctam sibi
Contra secundum hoc enim omnis
vox in proferente significat naturaliter quod est contra
Aristotelem in primo perihermeneias. Si forte dicatur
quod voces sunt signa non coniuncta sig
nificatis, sed significata sunt in anima audi
entis et excitatur anima proferen
tis ad similitudinem quam habet in anima
secundum hoc in eadem in errorem platonis
scilicet quod nichil addiscimus sed tantum per remini
scentiam accipimus ea que prius
erant. Et hunc errorem destruximus nisi
cum de anima disputabimus. Iuxta hoc
etiam queritur si quocumque modo species yma
ginatiua sive species intelligibilis de
scendat in animam ... remaneat

ubi vel non ut quod non quia quod
recedit ab alio non primum recedit
et remanet cum illo Si ergo species ymagi
nativa et intelligibilis recedat
ab ymaginatione et intellectu et hoc scilicet
quod quando unam significationem vocem profert
aliquis quod secundum illius dicendi eam
prius non est in ea Et sic si vellet
iterum loqui non posset nisi prius
acciperet similitudinem rei de qua vel
let loqui per sensum et ymaginationem
et intellectum quod absurdum est Si di
catur quod intus sunt ubi similitudines ergo
rei Contra hoc est quia simi
litudines sunt in anima ad cogno
scendum res Cum ergo similitudo una
sufficiat ad omnes res cognoscen
das que sunt unius rationis superfluum
esset habere plures similitudines ergo rei
Preterea aut ille similitudines erunt
finite modo aut infinite Si infi
nite tunc aliquid est in anima actu in
finitum quod falsum est Si finite ponatur
quod proferat tot voces quot sunt simili
tudines ergo post hoc non poterit loqui de ea
dem re nisi prius accipiat discipli
nam eius per sensum quod falsum est Si
forte dicatur quod manet ibi et quod una
similitudo generans sibi similitudines factas
in voce prolata Tunc queritur
quid sufficiat ad generationem illius pro
lationis Si dicatur quod vox et simili
tudo descendens Tunc videtur illa simili
tudo descendere in consimilem vocem quod falsum est
quia sic voces brute sunt sicut bu ba sic
dicit philosophus Et si dicatur quod exigitur etiam
voluntas proferentis tunc videtur quod pro
ferens vellet quod hoc nomen significaret
asinum quod est falsum Si dicatur quod volun
tas primum instituentis est causa sic videtur
velle Augustinus dicens quod bona in
greco lingua In latino vero herba est vitta(?)
est causa alia nisi quia sic placuit
instituenti Contra primum insti
tuens falsum non est causa generativa
vocis prolate a te vel a me ergo non
fuit efficiens vocis mee vel tue similiter
Solutio dicamus quod sermo significa
tivus duplicem habet comparationem unam

ad rem que est extra animam Et de hac
dicit Aristoteles in primo elenchorum quod cum non
est possibile res disputantes inducentibus
inferre Sed nominibus utimur pro rebus
quod accidit in nominibus In rebus accidit
ut accidit. Alia comparatio est ad species
que sunt in intellectu vel in ymaginatione
et de hac dicit Aristoteles in libro periermenias Sunt ergo
ea que sunt in voce earum que sunt
in anima passionum note Et quodam
similia sermonis dicit Nobis usui de
dit quo nos creavit indulsit per eo
ut corda occulta mutuo nobis ubi
inspicio pandemus Et per primum in alterum
utens affectio nature unusquisque
utitur pro libito suo velud ex arbitrariis
quibusdam dominalibus consiliis sed cer
ta deprimentur dicamus ergo secundum primam com
parationem sermonis causa est significa
tionis eius voluntas instituentis
sic enim dicit Augustinus quod non prefert
sermo significationis Et tunc est in potentia
et statim cum profertur tunc actu significat
rem sicut in multis est videre in quibus
ad multiplicationem non sufficit similitudo
forme sicut in omnibus generabilibus Si
ergo queratur secundum quem modum significa
tum rei venit in sermone cum sermo sunt
instituti dicendum quod per naturam in
stituentis divergetur talem sermonem
ad talem rem in ordine significandi
intencionem proferentis Secundum aliam
autem comparationem sermonis accipit rationem
significandi ab intentione proferentis Ad hoc
autem quod queritur quid coniungat secundum
cum voce dicendum quod omnes due sunt
partes ut dicit Damascenus scilicet hec que
disponit sermonem intus Et hec po
tentia est ipsa quia non emittit in
aliquo Et hec est que inspiratur
per vocem Et quoque emittit vero in hec
sunt que non possunt loqui et ratione
sermone communis potentia est et per comparationem
ad corpus et ad organa locutiva
et dicitur a quibusdam potentia inter
pretativa cuius est movere organa in
loquendo Et in illius actu utitur ge
neratur secundum in voce Et illius actu utitur
tunc in ymaginatione et intellectu species
in sermone sunt prolate sicut oportet

contactum corporalem esse inter yma-
ginem et intellectum quia generatio
significationis in predicto sermone
mentalis sed potius litteralis et
prolative in corporibus Et illa corpora
que sunt propria materia illarum impres-
sionum sunt recipiunt eas Unde po-
tentia eorum que ad prolativam per-
tinendo accidit per organa vocalia
imprimit in vocabulis formatis speciem
et similitudinem ymaginationis et in-
telligentie Et tangit actio sensitiva pri-
orem illas species per instrumenta vo-
calia Et sic quod tangit agit in primum
Et sic quod agit transmutat eum ad
actum significandi Nec est verum quod quidam
dicunt quod species intellective et ymagi-
native deferuntur ab anteriori parte
capitis ad linguam et ad instru-
menta vocalia per nervum ab an-
teriori cella dependentem Nervus
enim dependens ab anteriori parte capitis
non est eius principalis motivus et activus
sed sensitivus et passivus Et ille non fa-
cit ad interpretationem sed potius ad gu-
stum et est motivus recipere speciem
et non dare eam sed nervus de-
pendens a posteriori parte capitis est ille
qui est principaliter activus et motivus
Et duo ex illis pertingunt ad linguam
et faciunt eam moveri Et quidam
alii ad pulmonem et quidam alii ad
mandibulam inferiorem et ad labia
Unde quidam sunt tardi et male pro-
feriunt illam linguam R Ex quo nervi
illi non principales pertingunt ad prin-
cipium lingue in quo formatur vox Et
ista sunt nervi qui deserviunt pote-
ntie interpretative Unde ponamus quod sit
una pars quia sit dispensus ab yma-
ginatione que est una pars quia erit
dispensus a speciebus intellectivis cum species
intelligibiles non sunt apte nate im-
primi in spiritu corporeo Et hoc absur-
dum est dicere et contra naturam Et per hoc patet
solutio ad totum quod queritur per quem
modum veniat species significativa in
sermone significatio Ad illud
quod queritur utrum maneat in anima

post prolationem dicendum quod sic quia
iam diximus quod non dependet ab ea
in sermone eodem modo sed potius per inter-
ventum presentie et potentie inter-
pretative in sermone significatio generata
tamen sunt species et quam est in anima
Ad aliud dicendum quod generans
est potentia interpretativa cum actu et
intentione interpretandi Et ideo voces
quedam sunt non significative quia
non est ibi actus et potentia interpretandi
Exigitur etiam ut supra habitum est comparatio
sermonis ad verum quia comparationem
habet a primo movente Et illa etiam de-
ficit in dictionibus non significativis Ad
aliud dicendum quod institutio sermonis
consideratur duobus modis scilicet in com-
paratione ad constituentem sermonem primum
Et sic non est institutio causa generati
sermonis prolato a me vel ab alio vel
in comparatione ad effectum quem relinquit
in sermone et ipse effectus est duobus
modis sic quod sermo est duobus modis
scilicet in potentia et in actu sermo enim
in potentia est compatibilis ad verum
et sermo in actu comparatur sic actum

## De differentiis vocum que acutum

Exto queritur de differentiis vocum
que sunt acutum et grave Et
dicit philosophus in secundo de anima Cum autem
ipse differentie sunt per methaphoram ab hiis
que sunt in tactu videtur quod non sunt proprie
differentie vocum [...]thopicorum dicitur quod est vox
alba et ita videtur quod differentie vocis sen-
tiuntur a sensu visus Preterea dicit
philosophus secundo de anima et in libro de sensu
et sensato quod hoc quod non habemus proprias
differentias odoris sed sumimus eas a sapo-
ribus Signum est quod precise odoratum
et odoratum non habemus certum ergo similiter
quia differentias sonorum accipimus a differentiis
tangibilibus signum est quod non bene audimus
et auditum non habemus certum Preterea
queritur de modo dicendi sonum et ex-
tremis sonis qui debet esse simplex
et extremi sunt acutus et gravis
Cum autem acutum et grave non sunt contra-
ria quia grave generatur leni et
acutum non habet contrarium habet enim

no est contrariu acuto quia acutu
no est pt curuus in angulis Videtur
quod illa que per methaphoram sumuntur
ab illis neque sint inter media neque con
traria Pretea dicitur mouet contrarioz
libertati auditus sit sensus unus uel
plures Cum enim sensus unus sit unius
contrarietatis non videtur auditus sensus
esse unus quia videtur esse multarum
contrarietatum secundum dras sonorum Est enim acu
tus grauis et debilis et fortis et lenis
et asper et plurimum aliorum Soluto
dicamus secundum quod dicitur in secundo de anima quod dr
sonantum in sono secundum actum osten
ditur sicut enim non videntur colores sine
luce sic nec sine sono secundum actum discer
nitur acutum et graue Et hec dicuntur secundum
methaphoram ab illis que tanguntur
per similitudinem ad velox et tardum acu
tum enim mouet sensum in pauco tempore
multum Graue autem mouet sensum in multo
tempore paucum Neque autem velox est acutum
et graue tardum sed acutum similitudinem
habet ad velox in mutando sensum
quia cito immutat sensum Et tardum
similitudinem habet ad graue quia non cito
immutat habet etiam similitudinem acutum
et ad obtusum in angulis et in tactu Obtusum
enim est quod impellit et non penetrat
cito Acutum autem quod penetrando pungit
statim Et similiter est in auditu Acutus
sonus est qui penetrat fortiter Et propter
hoc ille ledit Et quosque facit obstupe
scere dentes et propter hoc quando acutus sonus
ex contactu aliquorum duorum sonorum
admirabile est quia tunc ut enim sub
tile penetrat neruum auditiuum Et
quia primus ramus quo diuiditur in neruo
auditiuo venit ad maxillam Et co
niungitur cauda neruo tangibili qui
vadit ad partes inferiores maxille
ut dicit Auicenna Et ideo impulsus soni
acuti tangit partes illius nerui
et quia nullum organum recipit sensum a ner
uo sensibili nisi dentes enim Ideo in den
tibus tantum sentitur quia non ita sub
tiliter penetrat neruos capillares
tangentes neruum audibilem Ad
primum dicendum quod in vitate non est proprie

denominationes ille ut iam dictum est
et hoc contingit quia sonus habet
debilissimum esse ut dictum est Et
ideo per esse proprium non potest distingui
per dras proprias Sed oportet quod per methapho
ram accipiatur Et per esse a diuersis
tangibilibus quia sicut sensibile tactus
non separatum a materia sua venit ad
sensum tactus Ita sonus non sine materia
sua que est aer passiuus fractio
motum venit ad auditum Et propter hoc
hominis generalem autem in auribus qui pati
tur ab aere passio extrinsecus Alia
autem ratio huius est et melior quia
species soni causantur a modo secundum
quem in qua figuratur aer qui est materia
soni in acutum et obtusum etc. Ad ad
dicendum quod alba vox non dicitur nisi
per similitudinem quia sicut albus color pe
netrat visum per actum lucis sic cla
ra vox per actum fracti motus pertin
git ad auditum Ad aliud dicen
dum quod non habemus proprias dras soni
Nec est signum mali auditus secundum debi
lis esse illius soni ut dictum est
Ad aliud dicendum quod huiusmodi dra
soni distinguendus est sicut nubis color
secundum proportionem aeris et subtilitatem et propter
dre soni secundum autem quod sine proportione acci
piuntur et multe aliter fiunt et sup
natio coloris Ita est concentus duorum
sonorum quorum utrumque alterum in parte
remittit et sequitur sicut patet in dua
bus cordis et fistulis simul sona
tibus ut duobus hominibus simul canta
tibus Ad aliud dicendum quod in
magnitudine acutum et graue non sunt
contraria sed in sonis hac contrarietate
et mixtione secundum mixtionem causarum
secundum naturam que sunt motus fracti aeris
ut dictum est Ad ultimum soluit
Auicenna dicens quod auditus est unius sensibilis
quod est sonus contrarietates autem super eum
inueniuntur sicut species soni et acutum
et grauis et ideo nulla earum est obiectum
auditus nisi per hoc quod est quidam
sonus Sed in tactu non est sic calidum
frigidum enim et siccum que sentit tactus

non fit species vel accidentia cali
di et frigidi quae aut sentit nec
sentiunt per calidum et frigidum Et io
quando illum locum habet in tactu et non in

## Parto quaeritur auditu

de mutatione vocum secundum sexum
et etatem Videmus enim vo
cem mulierum esse acutiorem voce viro
rum Similiter vox iuvenum acutior
est quam vox in medio etatis virilem
Et vox etiam senum acutior voce in me
dio In quibusdam enim animalibus vox
in iuvenibus gravior quam in vetustis sit
vitulorum gravior est vox quam vox vaccae
Et ad hoc omnia respondendum est secundum philosophum
in libro de animalibus quod causa gravitatis
se vocis est motus tarditas aeris
Et causa acutae vocis velox motus
Causa autem tardi motus est quia aer
motus non bene obedit virtuti mo
venti et remittit eam Causa
vero velocis motus est victoria mo
ventis super aerem motum Similiter vero
quod plus trahit de aere per inspira
tionem quam possit movere fortiter per motum
pulmonis a virtute motiva quae est
in ipsa propter hoc gravem vocem Et quod parum
trahit aerem habet acutam primus
aut tractus aeris contingit tribus
modis scilicet propter parvitatem instrumentorum
et organorum sicut in pueris
et mulieribus Et propter difficultatem
tenendi spiritum tractum sicut in infirmis
et senibus Sicut enim dicit Aristoteles vox
non fit in inspirando nec expirando
sed spiritum tenendo Et quia infirmi
non possunt tenere spiritum propter hoc quod cito
corrumpitur Et oportet emittere et alium
trahere Et ideo acuitur vox eorum in
parvo spiritu retento Et quod est in infir
mis ex calore corrumpere hoc est
in senibus ex senectute quae similis
est putrefactioni Et est via ad illam
ut habetur in primo capitulo metheororum
Et habetur dicitur super libro de anima 2° capitulo
de auditu aer inspiratus propter
calorem pulmonis redditur vitalis
ad mitigationem caloris in pectore
sicut est videre etiam in aliis elementis quae
corruptionem trahunt ab ipso aere Et
ideo quando pulmo in senibus est via
in putrefactionem necesse est eum cito ex
pellere et alium attrahere Sicut enim dicit Aristoteles
Inspirando enim et respirando non fit
propter pectus tantum sed etiam propter superiores
partes ad quas calor ascendit et propter
pulmonem inter omnia animalia cum homo
plus quam quaerat voces quam cum
et etiam quoque generat idem nimio tamen corporis
Et hoc est quia ipse habet industriam
aerem tenendi multum ut parum Et
commovendo ipsum fortiter ut restringere
et stringendo organa vocalia vel
dilatando In quibus enim vocem cum
gravitate in iuventute est quia largam
habent in iuventute instrumenta vocalia
et debilem virtutem movendi et quoniam
recessit non recessit proportionate or
gana vocalia et motus moventis
sed virtus movens recessit plus Et
ideo minuitur vox propter iuventutem

## De auditu ex parte medii

Consequenter quaeritur de auditu
ex parte medii dicit enim Aristoteles
in secundo de anima quod duplex est
medium scilicet aer et aqua Sed hoc
videtur esse falsum Cuiuslibet enim esse
non est nisi in materia aliqua deter
minata ubi non est illa materia ubi
non est esse eius sonus non est per se sui
esse nisi in materia quae est aer ergo
non est sonus ubi non est aer sed aer
non est in aqua ergo sonus esse non est
in aqua prima patet per se et secunda scribitur
secundo de anima ubi sic dicit philosophus quod ad esse
sonum oportet sonorum percussionem fieri ad
invicem et ad aerem Cum autem aer non sit
in aqua patet per hoc quod habetur in libro de sensu
et sensato ubi dicit quod aer non est
in aqua Cuiuscumque causa essentialis
et generans esse eius non est in aqua
ipsum in aqua esse non potest Causa
generans et efficiens esse soni est mo
tus fractus aeris qui in aqua

esse non potest forma patet per Boetium sic
subiacet abstrahit in sexto de naturalibus
et Aristoteles in secundo de anima ubi dicit
quod in sono oportet rapidum motum per
tingere frangentem aerem velud si con
gregationem aut cumulum lapillorum par
tiat aliquis qui feriat velociter
Item dicit Aristoteles quod pisces qui sunt sub
aqua nec sonum nec vocem facere
possunt eo quod aerem non attingunt Et
si dicitur vocare in Acheloo hoc est in
tali fluvio hoc non est nisi cum cauda
attingentes superficiem aquae faciunt sonum
Si hoc concedatur scilicet quod sonus non est
in aqua sunt multa experimenta in
contrarium que ponit Aristoteles in libro de ani
malibus sic quod piscatores non parant as
seres et tympana super aquam
et quicquid vadit sub silentio ne pi
sces audiant hec enim omnia significant
pisces habere auditum Similiter experimen
tum est in nobis si quis ponat caput
sub aqua audiet magnos sonos
qui fiunt super aquam et cum non possunt
ad aures pervenire nisi per aquam
patet quod aqua sit medium in auditu
Sed adhuc queritur utrum ipsa sit
medium quod immutetur a sensibili
quod est sonus Et videtur quod non quia nil
immutatur a sono nisi quod aliquo modo
est materia soni nil autem est materia soni nisi
quod frangatur dum percutitur ut dicit Aristoteles
in secundo de anima sed aqua non sic non
frangitur sed prohibet permanentiam
soni ut dicit Aristoteles ibidem, ergo videtur
medium immutatum esse a sensibili au
ditus sicut materia et subiectum Preterea
queritur quid aer est medium Et dicit
Aristoteles quod in infinitum vacuum Sed hoc
non videtur quia vacuum nil videtur
esse materia Preterea queritur cum aer et
aqua sint medium in auditu et
visu et in sensibus visibilibus aqua
sit elementum frangibilius fortius terra
ve non sit frangibilius fortius in sensibus
audibilibus Si enim frangibile esset
elementum per hoc quod est spissum vi

detur dicendum autem hic aqua ma
gis frangibilis esset sensibilium visibi
lium quam aer eo quod sit magis spissa
Preterea queritur iuxta hoc de
opinione quorundam philosophorum dicen
tium quod sonum secundum esse spirituale sit in
aqua et in aere et in similibus mediis
Et ponunt rationem Natura alia est medii
et alia est natura materialis Cum ergo sen
sibilia in suis materiis sunt secundum
suum esse materiale videntur in medio
esse non secundum esse materiale sed secundum suum esse
spirituale Item sensibilia non agunt in
sensum in materia nisi actione medii,
Cum ergo sensus susceptivus sit specierum sensi
bilium sine materia erunt sensibilia in
medio sine materia ut videtur et ita
erunt in medio spiritualiter Et ideo dicunt
quidam quod medium in omnibus sensibus
quod sit preter medium extrinsecum est aer et
aqua secundum quod communicat cum natura dyaphoni
cum superiori corpore et lux et
natura dyaphoni facit in sensibus esse spiri
tuale in medio Sed contra hoc est
quod cum sonum in genere et specie non est idem
perfectum secundum actum sensibilia visus et au
ditus et obiecta odoratus sint diversa
genere et specie ergo non sunt efficientia secundum
actum unum Sed lux est efficiens visi
bilium secundum actum, ergo non potest esse effe
ctivum odorum et sonorum Item quod oportet
et essentia generatur in tenebra et in luce
illius lux non est efficiens secundum actum
sonorum et odorum sunt generantur ergo lux
non est efficiens eorum secundum actum Si for
te dicatur quod lux est in tenebra super
dyaphonum hoc est absurdum quia secundum
hoc habitus erit in privatione luminis
enim et tenebra opponuntur ut priva
tio et habitus circa dyaphonum ut dicit
Aristoteles Item augetur sensibilis est duplex
agens ipsum vel causa ... medium
quod ipsum augetur non est nisi unum
Si ergo sonum est agens lux ut isti
dicunt et sit agens et patiens
ut dicit philosophus colorum autem non est lux
transmutabile sonum velocius per me
dium quam colores quod sit contra Aristotelem

in libro de sensu et sensato. Nos enim videmus
canes choruscationem quam audiant
tonitruum tamen tonitruus et choru-
scatio sint simul. Solucio. Dicendum
quod sonus duplex habet medium scilicet
aerem et aquam diversimode. Aer
enim est materia et medium in quo ge-
neratur sonus et sine quo non est
eius esse. Aqua vero est medium
tantum in quo vel per quod transit sonus
in sua materia que est aer impulsus.
Et propter hoc aqua confundit et pro-
hibet sonos. Aer autem conservat
quia conservatio rei est in propria
materia. Ad primum ergo dicendum
quod aer ut dicit Aristoteles in quarto de celo et
mundo levius est in aqua. Et propter hoc
ascendit secundum naturam nisi sit co-
hibitus sicut in hiis qui natant
sub aqua [illegible] tamen impul-
sus violenter penetrat aquam
et aliquam partem. Et per illam partem
defertur sonus sub aqua. Impul-
sus enim aer penetrat grossa cor-
pora ut parietes. Et quando sunt so-
lida non cedentia aeri impulso
vehementer scindit ea ut habetur
in sensu de anima quod aer cum tonitruo
scindit ligna. Et inde est quod in tur-
ribus ubi sunt magne campane
aer vehementer motus et impellit
aerem qui est interius et porus tamen co-
rum qui non habeat quo cedat ex
soliditate murorum scindit muros.
Et hinc est quod aer impulsus a toni-
truo veniens ad bursam in qua est
solidum aurum scindit et comminuit
et totum aurum et bursa apparet
lesa eo quod est ex molli substantia poro-
sa prebens viam aeri impulso
permixto cum vapore terrestri. Et quando
est comminuit gladium in vagina
illesa vagina propter eandem causam. Et ad
aliud patet solutio ad quartam prius
dicta. Ad aliud quod obicitur
utrum sit aqua medium et materia
dicendum quod non sed est medium tantum ut

per quod diffusum et non alteratum secundum speciem
soni transit aer impulsus in quo est
sonus ut in materia. Et quia resistit
humor diffusioni obscurat sonum
et impedit eum. Ad illud quod
queritur per quid aer sit medium
dicendum quod per quod ipse [illegible] habet sonum.
Et hoc vocat Aristoteles vacuum. Vacuum
enim dicitur tribus modis scilicet locus non
habens corpus et iste actu est vacuum.
Et aer dicitur materia non habens formam utrum
tamen actu est vacuum sed potentia. Tertio
aer quietus non habens sonum. Et hoc
proprie vocatur absonum. Et si queritur quid
sapit illud absonum dicendum quod aer ex
raritate et humido spirituali vel non
grosso et incorruptibili habet quod facile
divisibilis sit per naturam. Si autem prius
mittit motum percutientis aliarum di-
visibilis per naturam tunc frangitur et effi-
citur motus fractus aeris. Pars autem
fracta impellendo inundat super
alteram ut dicit Algazel. Et secundum
naturam huius fragilitatis aer est medium
soni et materia. Ad aliud dicen-
dum quod si aqua esset medium reci-
piens speciem soni tamen sicut est recipi-
ens speciem coloris. Tunc sequeretur
quod esset obiectum sed ut habitum est
ipsa est medium per quod diffusum transit
sonus in materia sua. Unde quia im-
pedit motum fractum aeris propter suam
spissitudinem efficitur alimentum [illegible]
sensibile soni quam aer. Ad illud
quod obicitur utrum sonus habeat esse
spirituale in medio dicendum quod non ut pro-
bat bene inter voces. Ad primum vero
quod contra hoc est dicendum quod in sono
secus est ut in visu. In visu enim
medium est medium tantum ut supra
habitum est in questione de visu. Sed
sonus esse suum materiale et naturale habet
in medio aere non ex ipsum et qualitatem
sicut de odore prius diximus. Ad aliud
dicendum quod sensus auditus secundum quod est distinctivus
sensibilis non accipit nisi species sensibiles
et non materiam sed non per hoc quod secundum

esse tale sensibile sit in medio quia
aliter oportet id fieri in tactu et
gustu quod falsum est **De actu**
Ultimo queritur de actu et modo
audiendi dicit enim philosophus xx
et Alpharabius quod ner
uus auditus granulus est et appa
rens ... tympanum ... uel
claudat in se partem generalem aeris
quod est quia impellitur ab exteriori aere
impulso Et per hoc uidetur quod non tamen
species sonum promouat ad ultimum au
ditum sed etiam esse sonum per materiam
Virtus enim auditiua est in organo
suo **Sed contra** hoc uidetur
esse cum potentia apprehensiua et abs
tractiua specierum anime licet una plus
abstrahat et alia minus Et sic uir
tus auditus sit potentia apprehensiua
quod non recipiat nisi speciem sine ma
teria **Preterea** queritur utrum sonum
transeat per aerem subito sicut est in uisu
**Solutio** dicendum quod aer tangit ner
uum in principio suo sed in spiritu descen
dente ab anteriori parte capitis non imp
rimitur nisi species sonum uehementissima
fiat impulsio et illa est que corrum
pit per excellentiam Et id autem dicit
philosophus intelligitur quantum ad primum neruum
et in quibusdam animalibus tamen sed non
aquatilibus **Ad aliud** dicendum
quod sonum non transit subito sed quando so
nat est propinquum tunc uenit ad au
ditum repente et in tempore imperceptibili quando
uero distat tunc bene percipitur tempus Et est
notandum quod sicut diximus de uisu quod
auditus etiam est auditiuus et non audi
bilis Et non audibile dicitur secundum duos modos
quorum primus est quod priuat actum audi
bilem secundus quod priuat actum auditus re
linquendo potentiam Et per hoc dicitur non
audibile absonum siue uacuum sono
Secundus modus secundum quod priuat actum organi
directi ad auditum Et hoc secundum duos
modos scilicet secundum excessum Et hoc excellens
corrumpens sensum Et secundum diminutionem quando scilicet
minus inuenit auditum quod immutabilis
sit ad actum audiendi :

## De olfactu gustu tactu

Consequenter queritur de olfactu
et queruntur quatuor Quorum primum
est de olfactu ex parte olfa[ctus]
Secundum de olfactu ex parte odoris et
odorantis Tertium de olfactu ex parte
medii Quartum de olfactu ex parte modi
olfaciendi De olfactu ex parte olfa
cientis queruntur duo scilicet quid sit ol
factus et quare homo inter cetera animalia
peius odorat Ad primum sic proceditur
dicit Auicenna quod olfactus est uirtus ordi
nata in duabus carunculis anteriorum
partis cerebri similibus mamillarum
capitibus ad apprehendendum illud
quod affert ei aer attractus de odo
re qui est in uapore permixto aeri et
odore impresso in illo ex permutatione
que fit ex corpore odorifero Item Al
gazel olfactus est uirtus que est
in duabus carunculis cerebri que
sunt similes [illegible] uberum capere
apprehendit in aere corpore ex odoribus
et retinet eos ut formas odoriferas
transferens illi corpori sicut est aer et
aqua per utramque harum diffinitionum
uidetur quod olfactus sit uirtus non ordina
ta in neruo Item etiam uidetur per Gregorium
dicentem Olfactus qui sit per nares
sentitur in fine anteriorum uentriculorum
cerebri Ipsi enim uaporatissimi existentes
uapores apprehendunt facile Et hoc etiam
uidetur quod olfactus sit in anteriori parte an
terioris cerebri que uaporatissime
est nature **Preterea** idem dicit Gregorius
Non sicut alijs membris sensuum sensibilem
neruum submittit cerebrum ita et
huic sensui sed in finibus suis ipsius
neruorum replet uisum et uaporum
redditionem suscipit hoc expresse dicit
Gregorius quod odoratus non est per neruum
sensibilem sicut alij sensus Item uidetur
ex Constantino qui dicit cinque paria
neruorum oriri ab anteriori parte
capitis Quorum primum dirigitur
ad instrumentum olfactus **Preterea**
idem uidetur per rationem quando enim per
sensum formam est origo neruorum sen
sibilium ad ipsum non dirigitur aliquis

nervus organum olfaciendi secundum
suam formam est origo nervorum
sensibilium ergo ad ipsum non dirigitur
nervus aliquis. Secunda probatur per hoc
quod non potest esse idem principium secundum
formam et cetera. Et scribitur in libro Avi-
cenne de animalibus tercio de anathomi-
a nervorum ubi dicit sic. Nervus faciens sensum nascitur ad anteri-
ori quod est magis humidum et fa-
motum a posteriori quod est magis siccum
Et a medulla nascitur quinque pa-
ria nervorum Et primum habet origi-
nem a primis duabus partibus
medulle anterioris ubi nascuntur
due mamille olfactus. Sed etiam
huius modi dicitur in anathomia
sua que secundum Gregorium dicit esse sic duo
nervi sensibiles diriguntur ad duas
carunculas narium que dependent
ad modum mamillarum duarum in
naribus ad faciendum odoratum
seu olfactum Item in libro de sompno
et vigilia probat philosophus sompnum esse
passionem primi sensibilis quod est tactus
Et per hoc vult claudere omnes sensus
quia sensibile tactus fundamentum est
omnium aliorum sensuum Et sunt hec verba
per multas rationes Sompnus est in eo
quo sentit anima in ipso organo tactus
Cum enim hec impotens fuerit necesse
est organa sentiendi habere defectum
sensuum Cum vero illorum aliquid non est
necesse Ex hoc arguitur quod omnes sensus
fundantur aliquo modo in organo tactus
Et cum tactus sit in nervo sensitivo oportet
omnes alios sensus in ipso fundari per
nervum aliquem et ita olfactus funda-
tus erit in nervo Item videtur falsum
esse quod dicit Gregorius Nyssenus scilicet quod vapo-
ratissima sit anterior pars capitis.
Vaporatissimum enim est actu calidum
et siccum et illa opponitur frigidum et
humidum quod est natura cerebri ut dicit philosophus
Item dicit Gregorius Ex unumquodque
organum sensus secundum similitudinem qua-
dam et familiaritatem propria sensibilia
comprehendat ergo videtur cum odor

sit vaporati sicci quod organum olo-
factus debet esse calidum et siccum
et sic non erit pars anterior cerebri.
Solutio Dicendum est ad predicta
quod in veritate organa olfactus sunt im-
mediate in cerebro secundum auctores Avicenne
Constantini et Gregorii Et etiam Aristoteles vult
in libro de sensu et sensato dicens ascendenti-
bus odoribus ad cerebrum propter levitatem
cerebri que circa illos se sanius habere
faciat quia circa locum odoris naturaliter
virtus naturalis est calida In aliquo
loco frigido naturaliter generante in cerebro ut
sanguine que circa illud in venis exi-
stente subtili et puro de facili et
infrigidabili scilicet frigiditas infri-
gidata propter locum infirmitatem facere
solet hominibus ad adiutorium sanita-
tis facta est propter odoratum Item in primo
de sensu et sensato invenimus odoratus proprium
sensum est locum qui est circa cerebrum quia
virtute calidus materia est cerebri Cere-
brum est frigidum et humidum omnibus
partibus corporis summe principalibus
Item expresse hoc dicit idem Aristoteles in libro
de animalibus sic Instrumentum olfactus
et visus habet coopertorium et exeunt
a suis instrumentis sicut aqua Cum
ergo nervus non cooperiatur coopertorio secundum
porcus anterior pars cerebri erit in
homine primum instrumentum olfactus
secundum cerebri Et ideo patet quod mentitur ille
qui fecit anathomiam quam dicit
extraxisse de libro Gregorii Verum quod est
quod quidam ramus nervorum ut dicit
Avicenna venit ad nasum et penetrat
nares in suis panniculis Sed ner-
vus ille non facit ibi sensum olfactus
sed potius sensum tactus Causa et
quare immediate in cerebro est sensus olfa-
ctus quia odor secundum suum esse materia-
le et naturale quod habet in vaporatione sicco
est cerebri confortativus Et ideo oportet
quod in sua materia pertingit ad ipsum et
non tantum per speciem sensibilem separatam a
materia sicut accidit in aliis sensibus
Si autem esset virtus ordinata in ner-
vo organo dependente sensum odoratum

ille spiritus non recipiet impressionem
nisi tantum speciei sine materia Sed cum species
separata a materia non sit calida neque fri
gida non conferet adiuuamentum ce
rebro Nasus autem consistit anterius
ex cartilagine et superius ex osse et
distinguuntur nares per os quoddam in medio
remes Et sunt quasi duo canales
propter hoc quod quando una naris reci
pit superfluitatem descendentem a capi
te quod per alteram respiretur aer Aer
enim respiratus licet ex magna parte
descendat ad pulmonem et ad pectus
tamen in aliqua parte ascendit ad ce
rebrum ut mitiget calorem cerebri
accidentalem qui ascendit in ipsum ex
membris inferioribus et spiritualibus per
immixtos et odores et vapores fu
mos efficitur aer leuior propter calorem
vaporis Et ab illis ad asce
dendum et contra hoc operatur naturalem
frigiditatem et humiditatem cerebri
partes autem anteriores cerebri propter figu
ram dicuntur additamenta mamilla
rum quia similia sunt coronis mamillarum Et
in animalibus respirantibus propter molliciem ce
rebri et puritatem habent cooperatoria sicut
oculi molles Sed differunt in hoc a co
operatoriis oculi quod non sunt molles propter hoc
oportet quod aleuentur per impetum aeris at
tracti per respirationem Sed in animalibus vero
non respirantibus non sunt cooperatoria Et
hoc contingit propter duriciem cerebri que
sufficit per se ad conseruandum cerebrum Ad
primum dicendum quod auctoritas illa fal
sa est Ad aliud dicendum quod sensus tactus non
est in uno neruo sed in omnibus vnus
quisque enim sensus in organo suo sentit
tactum ut predicta diximus Et propter hoc in
tendit philosophus quod a frigido descendente
in cerebro primo occupantur organa
sensuum et inmutantur Et quia etiam in
mutatio est per obiectum tactus nata est
vim tactiuam esse in organis Et ex hoc
causatur sompnus Vnde si a virtus al
teratus sensus sedatur super tactum remotum
ab organo non propter hoc remouetur tactus
sed remoto tactu remouentur omnes alii
sensus Et hoc propter illud quod recta sunt

et tamen habent oculos et si tangitur pu
pilla eorum sentiunt leporem Ad ad
dicendum quod anterior pars capitis dicitur
vaporatissima non quia emittit vapo
res sed quia nata est vaporibus
inmutari Ad aliud dicendum
quod in virtute organum cuiuslibet sensus
secundum quam habet que apta nata est recipe
re sensibile suum sicut dicit greg Et hoc
est quod dicit Aristoteles in secundo de anima sensibilia
secundum se proprie sunt sensibilia ad que sensibilia
apta nata est cuiuslibet sensus Cumque quod
virtus est visus hoc est visibile Cum autem
contraria nata sunt transmutare se in
uicem quia eorum materia est subiectum
vnum est cum odor transmutatur dispositionem
sicut est calido siccus vaporatio actu erit
organum transmutabile ab ipso actu
humidum et frigidum Si autem obiectum
habeat symbolum in toto non transmu
tat se inuicem quia nec agunt nec
patiuntur ad inuicem sed quia habent
symbolum in alia qualitate et in
reliqua illa differentia transmutantur
ad inuicem secundum quam ita quod aliquid
corrumpitur Et talis contrarietas non debet
esse inter cerebrum et odorem quia
secundum hoc per specialem alterationem ab odo
ribus recederet cerebrum a temperamento
et corrumperetur animal Sic enim videtur
quod a vaporibus calidis et siccis ve
hementer incipit lesio odorare caput
propter nimiam siccitatem cerebri sicut
in fumo carbonum Et propter hoc ca
rbones respergunt sale uel vino
ut humidum salis uel vini resolu
tum ex ipsis temperet siccitatem illius
vaporis quod non excitat nisi calorem
Et ideo natura ordinat contrarietatem
inter cerebrum et odorem secundum vtrumque
generetur ex odoribus calidis et siccis
non inmutaretur nisi secundum superfluum fri
gidum et humidum Et non secundum frigidum et
humidum quod est de temperamento naturali suo

**Quare homo inter cetera ani
malia prauius odorat**

Quando queritur Quare homo inter
cetera animalia peius odorat
hoc enim dicit philosophus expresse
in secundo de anima sicut et de odore

aut et de olfactu nunquam naturale das
Non enim manifestum quale quid
sit odor sicut sonus aut color
Causa dicti est quia sensum hunc non
habemus certum sed peiorem multis
animalibus. Prave enim odorat homo. Item
in libro de sensu et sensato manifestus
est nobis saporis genus quam odora
tus. Huius autem causa est quia peio
rem aliis animalibus odoratum et ipsis
sensibilibus. Ex hiis accipitur quod homo peius
odorat quam aliis sensibus percipiat sen
sibilia et peius etiam aliis animalibus
In contrarium arguitur sic obicitur. Optime
animal optime dispositum secundum naturam animal
optime disponi debet secundum sensum. homo optime
dispositum est animal secundum naturam animalis
ergo optime disponi debet secundum sensum ergo secundum
olfactum. Prima probatur per hoc quod dicit
quod dicta conplexio animalis est sensus
Et sic nobilissimum animal nobilissimum
debet habere sensum. Item animal propter
quod maxime in nare sit species odo
rum maxime debet percipere odorem homo
est animal tale ergo maxime debet percipere
ipse odorem. Prima probatur per pre sed
scribitur in libro de sensu et sensato ubi
dicitur. Nec delectabile odoris per se est propter
hominem tantum. Item cum utrumque sensibilia
sint duo delectabilia et alius sensus
percipit illud secundum utrumque alterius
aut secundum unum tantum illud quod percipit
ipsum secundum utrumque magis percipit quam
illud quod secundum alterum tantum. odores sunt
duo delectabilia ut dicitur in libro de sensu et sensato
Et propter cibum et propter se. Et homo suscipit
ipsum secundum utrumque delectabile et nullum
aliud animal sicut dicitur ibidem ergo homo
magis suscipit odores quam aliquod
aliud animal. **Solucio** Omnes
auctores naturalium dicunt quod homo inter
omnia animalia prave odorat. Unde
dicit Avicenna quod licet homo maioris
sit ingenii quam alia animalia in
diligendo odores per consideratione subti
litatem et distinctionem odorum tamen defi
cimus ab odoribus efficitur et debilius

imprimitur in organo olfactus humani
Et huius species est quia cum sensus
omnium sensuum reponatur in ymagine
et fantasia species illius sensus debi
lius imprimitur in organo fantasie
Et huius duplex est signum quod homo raris
sime sompniat de odoribus et quando
sompniat sic ipse in sentit odoribus
non tantum percipitur eo quod fanta
sya id debilem motum relinquit
in homine. Aliud signum est quia cum
fantasia sit possibile movere intellectum
ad discernendas naturas rerum movet
illud fantasma debiliter intellectum
Et propter hoc non bene discernimus dicas
odorum. Et ideo odores denominamus non
nisi verbis excellentiarum sicut redolentes
sive fragrantes et fetentes. Cau
sa autem huius dicti est homo cum inter
omnia animalia racionalis est et propter
hoc oportet ut puriant species rerum
pure optime recipere et optime retinere
inter omnia animalia puritatem autem
operatur species animalis purissimas. Optima
autem receptionem operatur humidum et opti
mam retentionem frigidum quod sic probatur
Dicitur quod cerebrum sit calidum ut quidam
dam medici mentiuntur dicunt. Cum igitur
cum calido est humidum cum calidum sit
segregativum heterogeniorum sibi gratia
elevabit humidum in vaporabile a ce
rebro. Et propter hoc continue turbabit
spiritum animalem sicut nos videmus quod po
albium et sape in ebriis bibentibus
vinum et magis medone a loco ca
lido digestionis ascendunt vapores
ad caput continue turbantes spiritum anima
lem ne cum primum quod deferre debet for
mas ad cellam rationis que est in
medio capitis sed etiam secundum quod recipere
debet species sensibiles. Et ideo accidit quod
turbantur etiam et sensus alii sensibus. Unde
etiam dicit quidam philosophus quod bene odorat
illi qui non potat vinum. ergo patet quod
cerebrum humanum non potest esse calidum
et humidum. Dicitur ergo quod sit calidum
et siccum. Cum igitur calidum congre
gat siccum ut dicitur in libro metheororum

erit cerebrum secundum naturam solidum et
repugnans receptioni formarum quod est
inconveniens. Si vero detur quod sit fri
gidum et siccum cum frigidum sit con
strictivum siccum erunt due qualitates
contrariantes receptioni formarum
quod est etiam inconveniens. Igitur relinquitur
quod sit frigidum et humidum ut ex humi
do teneat facilius impressio et ex fri
giditate bene retineat quia frigidum
comprimit humidum aliqualiter et ex ca
rencia vaporum causat puritatem spiri
tus deferentis formas receptas et re
tentas. Et propter hoc dicit Aristoteles in libro de a
nimalibus quod homo habet humidius et frigidius
cerebrum inter omnia animalia respectu sui
capitis et corporis. Causa autem quam
quidam ponunt a parte sua est scilicet quod ha
beat calidissimum cor cuius caliditas
reprimi debeat ex frigiditate cerebri.
Cum enim temperatissimum animal et principium
totius temperamenti sit cor impossibile est
quod cor hominis calidissimum sit inter
omnia animalia. **Preterea** auctores
dicunt quod cor leonis calidius sit corde
hominis. Si enim cor hominis esset cali
dissimum tunc alteraret vapores et
habere cerebrum ut habitum est. **Ad
primum** ergo dicendum quod sensus secundum
quod animal est animal tactus tamen est et
hunc habet homo certissimum. Et non oportet
quod maxime certitudinis habeat in aliis.
**Ad aliud** dicendum quod sensus odo
ratus [illegible] quod est ad sanitatem confert tamen
propter hominem et huius ratio supra assignata
est. Et ad aliud dicendum quod non sequitur
si aliquod animal plura delectabilia per
cipiat in uno sensu quod ipsum certius
percipiat et inveniat. Unde patet cum
odor temperate calidus et siccus est et
non excellenter quod cerebrum humidum excel
lenter et frigidum ipsius hominis non im
mutabit nisi parum et ideo homo
prave odorat. **De olfactu ex
parte odoris. Utrum odor sit qualitas simplex**

Consequenter queritur de olfactu
ex parte odoris. Et queruntur
sex quorum primum est Utrum
odor sit qualitas simplex vel com
posita. Secundum qualiter odor sit actus
calidi et sicci. Tercium quare immu
tat per evaporationem. Quartum qualiter
est passio saporis. Quintum utrum sit
sequela totius complexionis rei
odorate. Sextum et ultimum de speciebus
odorum et differentiis. Ad primum proceditur
sic. Omne agens proportionatum est suo
passivo. Sed odor est agens in olfactum.
Igitur proportionabitur instrumento olfactus.
Instrumentum autem olfactus habet ma
teriam simplicem quia dicitur in eo
humidum et frigidum ut est habitum
est. Igitur odor erit qualitas simplex.
Item in libro de sensu et sensato ad hoc Philosophus
contra Pitagoricos inducit quatuor
rationes. Quarum prima hec est. Omne
quod nutrit oportet esse cibum compositum
corporalem. Odores sunt simplices.
Igitur odores non nutriunt ut Pitagorici
autem dicebant odores compositos esse
et nutrire. Amplius quicquid ad naturam
aeris accedit cum sit simplex et
corporale non nutrit. Odores qui ob
sunt in evaporatione sicco accedunt ad
naturam aeris igitur sunt simplices et
non nutriunt. Et ex hiis concludit Philosophus
quod odores ut conferunt ad sanitatem sicut
supra habitum est. Sed contra ubi consensus
desiderii multa sunt [illegible] odor est
consensus desiderii igitur non est simplex
qualitas. Hoc patet per rationes supra indu
ctas. Amplius omne nutrimentum compositum
ab animali receptum vadit ad locum
digestionis a quo totum corpus nutri
tur. Odores non vadunt ad locum
digestionis sed ad caput igitur non sunt
compositi ut [illegible] nutriunt. Ex
hiis concludit Philosophus ut est habitum patet per rationes
supra inductas per Philosophum quia [illegible] nu
trimentum non est simplex sed compositum
hoc autem [illegible] ibidem in eodem capitulo.
Item quicquid sentitur per [illegible] composita
est compositum odor sentitur per
[illegible] composita igitur est composita qualitas.
Prima probatur Philosophus quod sensus [illegible]
Secunda patet in libro de sensu et sensato ubi
dicit quod oportet proportionales esse odores

humoribus id est saporibus Et i
sedo de aia ubi dr op odores
videntur ana ... habe ad gustum
Et ita lr humor i. sapor ille qd
dulcis Ille vo amarus sic et
odores sunt **Solutio** dicamus
op odor duobus ds gstituitur sz in se
p op ht nam qualitatis et sic est
simplex Et si considerat i compa
tione ad subiectum eius in quo
e qdam mia et odoris esse Et hoc
est corpus alterabile et odor non
simplex e sed simplia gstitutum
qd pz calidum enim erit vapora
tiui et humidum saporosum erit va
poratiui sicut erit tactiui illo
humidi Consideratur autem ad medium
i comparatione qd e subiectum desentur
et sic item simplex sm op sim
dr op e spuale p nam aeris et
composita p qd e grossitudo mixtum hu
bet purum cum impuro et graue
et leue sic e aliis creaturis cor
pium Et de simili intelligit phus
in suis rationibus contra pitagoricos
Et p hoc pz solo ad quatuor rationes
phi **Ad primum** dicendum op
tangentes et parietes ppter sunt proporcio
nata sed proporcio non attenditur
in similitudine tm i compositione p i hoc op
paries sit receptum forte agens
Ignis enim bene agit i composito vtz
cum calidus ignis exurit ligna
**Ad aliud** dicendum op odor
est vaporatiuus sicut ex humido vapo
roso Et ppter hoc p comparationem qua
ht ad corpus exterius e euaporatio
videtur mutatiuum **Qualiter**
**odor sit actus calidi**

Secundo querit qualiter odor sit
actus calidi et sicci dr
enim i lio de sensu et sensato
op illud qd facit i humidum gsti
tuere saporem hoc facit in alio
genere odoris sz humidum in aere
et in aqua Similiter hec e sicut
in vno genere sensibilis in actu hu

mido sic tm permixtum facit saporem
Ita in alio genere odoris sz sensibili
in actu permixtum humidum i. saporoso
sz gstituit odorem Et cum sicut erit
prius gstitutum odoris et humidum
2° dico Item habetur i lio de aia sic dr
est sicut humor i. sapor e humidi Olo
factus at quo sic vnus potentia est
et humor Item omne consentit de
siderium nutti necesse e principaliter
constitutum ex illis qualitatibus ex quibus
causatur desiderium eiusdem Desideri
um at nutti causatur a fame et
fames est appetitus calidi et sicci go
odor gstituitur ex calido et sicco prius
**Preterea** sapor et odor gserunt
ad alimentum ut dr phus ait go
eodem aut duobus modis Si eodem
modo tunc esset sensibilia eiusdem sensus
qd e impossibile Si duobus modis go
cum i sapore dicitur actu humidum
et siccitate insit et sicut necesse
est ex gtrario dicatur actu siccum
et sicco humidum **Sed contra**
Omne qd immutat longe querit ter
minos alienos odor e humor go
querit terminos alienos Ra pz phus op
stans i his suis non recedit longe
Et cum pz ad ppositum Inde procedit sic
Tantum querit terminos alienos prius
est humidum, odor querit terminos ali
enos, go odor gstituitur ex humido Ra
pz p diffinitionem humidi quia humidum
est male terminabile ppo termino bene at
alieno, sed ... at probata e phys **So**
**lutio** dicamus op odor principaliter
gstituitur in actu sicco, secundario i humido
saporoso Et hoc gtingit per tres
causas Prima vna est p quam
odor refertur ad alitum op gserit de
siderium Cum enim alitum debeat i
corporari Et omne qd incorporatur
natum est submittere i illud cum in
corporatur non at submitteretur nisi in
hoc qd est humidum subtile Et p hoc
op e humidum querit terminos alienos et
secundum ad partes aeris qd nutt Et p
hoc qd est subtile sit penetratiuum

prin et plus prin ut habetur 12° de generatione et corruptione necesse est saporem qui est in ipso alimento principaliter consistere in humido et secundario in sicco Odor autem propter hoc quod non debet in corpore pati ut prius habitum est debet constitui eodem modo scilicet principaliter ex sicco et secundario ex humido saporoso Secunda causa est in comparatione ad organum sensus illud enim frigidum et humidum est ut supra habitum est ergo necesse est odorem esse calidum actu ut temperet excellentem frigiditatem in cerebro Item necesse est quod actu sit siccus ut temperet excellentem humiditatem in eodem Tertia causa est in comparatione ad medium per quod est odoratus hoc enim est medium extrinsecum scilicet aer et aqua Dicit enim Aristoteles in primo metheororum quod vapor calidus et siccus cum vapore aliquo ascendit et attingit Et ergo odores cum proveniant a longe ad odoratum necesse est ut sint in vapore actu calido et sicco Ad aliud autem quod obicitur in contrarium dicendum quod duplex est causa quare tactum alienum contingit propter duas causas scilicet propter vehementiam passibilitatis quia ultimo patitur in se et sic humidum capit terminos alienos Alia causa est propter vehementiam qualitatis active quia capit naturam aliorum in se transmutare et sic calidum capit terminos alios Et sapor siccus et hoc modo capit terminos alienos odor.

Ex quo queritur qualiter odor immutat per evaporationem

In hoc enim differunt odores ab omnibus aliis sensibus Dicit enim Aristoteles in principio de sensu et sensato quod odor est fumalis evaporatio fumalis autem evaporatio est ab igne Sed contra hoc obicitur sic per quodcumque sunt sentita circa easdem differentias si differentie unius sentiuntur per evaporationem necesse est et per evaporationem sentiri differentias alterius Odor et sapor sunt circa easdem differentias ut dicit philosophus ergo si odor est per evaporationem necesse est saporem per evaporationem fieri et hoc est falsum Si forte dicatur quod sapor est in grosso et humido et odor in subtili evaporatio humido secundum hoc odor et sapor non differunt nisi per subtile et grossum et secundum hoc odor non erit nisi quidam subtilis sapor Sciatur autem differentia obiecti Item differentie sensuum ergo odoratus est quidam subtilis gustus

Preterea non fit evaporatio nisi quibusdam partibus subtilioribus a corpore evaporante partes autem illius corporis sunt in quibus est humidum saporosum ergo videtur quod humidum saporosum sit in saporem odoris ergo sapores differunt cum odoribus et dissolvuntur cum eis per oppositum quod falsum est ergo et hoc est falsum quod odores fiant per evaporationem Item si differentie odoris sunt circa differentias saporis et differentia cum sit quasi forma non est separabilis actu ab eo cuius est forma et differentia tunc non contingit differentias odoris in aliquo inveniri in quo non invenimus differentias saporis sed differentie saporis numquam inveniuntur in evaporatione ergo nec odores sunt per evaporationem Et si concedatur obicitur in contrarium sic Membrum illud quod excellens est calidum et principium caloris in respirationibus necesse est habere mitigationem frigoris Item membrum quod est excellens frigidum temperari oportet per aliquid quod est actu calidum pertingens ad ipsum hoc autem membrum est cerebrum ergo aliquid actu calidum oportet pertingere ad cerebrum et non potest nisi per evaporationem ergo necesse est per evaporationem pertingere sed nullum sensibile organum situm in medio ... a cerebro nisi odor ergo est necesse odorem per evaporationem pertingere ad cerebrum Et videtur etiam hoc quod est differentia inter fumum evaporatum et exalationem hoc enim omnia nomina attribuuntur odoribus Solutio Dicimus quod odores proprie fiunt per evaporationem Ad primum ergo dicendum quod hoc quod dicit philosophus quod differentie odoris sunt circa differentias saporis non intelligitur sic quod differentie saporum et differentie odorum sint eedem sed quia differentie odoris duplicem

habet analogiam ad dictas saporum
Una est quia quemadmodum non habet sapo
rem non habet etiam odorem Et tangit etiam
philosophus in secundo de sensu et sensato sic dicens
Inodorabilia sunt elementa videlicet
ignis aer aqua terra quia humida
et sicca elementorum atque omnia sunt insipida
sapore non quando commixta fiant
Secunda quod analogia est quia ex eis
dem principiis qualitatibus constituuntur sa
pores et odores licet non eodem modo
sapor enim principaliter generatur ex humido se
cundario ex sicco calido commiscente
sicut cum humido Odor autem naturaliter principaliter
est ex sicco et secundario ex calido humi
do faciente evaporationem Frigiditas
autem obtenebrat sapores et extinguit
odores per hoc quod impedit evapo
rationem Unde patet per hoc quod cum dicte
odorum et saporum non sunt tamen eodem modo
quod in medio est utrumque Nam etiam hu
midum et actu siccum non sunt idem
modo Ideo bene potuit separari dicte odo
ris a dictis saporum Ad aliud
dicendum quod partes saporosi separate ele
vate sunt ab ipso per evaporationem
tunc non sunt subiectum saporis nec hu
midi saporosi sed potius que sunt
in commixto corpore in quo dominatur
humidum saporosum et tunc non sunt sub
iectum saporis nisi in potentia scilicet in
quantum possunt evaporare per calidum
et siccum Secundum aliud patet solutio per pre
dicta Ad ultimum dicitur quod fumus
dicitur proprie quod elevatur ab exteriori ca
lido igneo hoc est agente per proprietatem
ignis sicut … siccum quod permix
tum est saporibus odorum fumus non
est vapor terre ut dicit Aristoteles in libro
metheororum Vapor enim est quod elevatur
ab extrinseco calido Exalatio vero
intrinseco ab exteriori calido agente
educitur calidum naturale et cum illo
humidum … Et quia hec omnia
inveniuntur in vaporatione que est
subiectum odorum propter hoc nomina hec
odoribus attribuuntur

## Quarto queritur qualiter

odor est passio saporis Et
videtur sic Omnis passio est
in eo cuius est passio ut forma in sub
iecto non separabilis ab illo odor est
passio saporis ergo est in sapore ut
forma in subiecto non separabilis ab illo
Contra patet per diffinitionem passionis pas
sio enim est accidens quod per se est in sub
iecto Secunda est scripta in libro de sensu
et sensato Item forma est per se activa
materia per se passiva ergo si odor et sa
por se habent in subiecto et passio vel
sapor non agit nisi per odorem Et sic
dicte saporis potius cognoscuntur per
dictas odoris quam econtra quod falsum est
Item omne quod agit secundum propriam virtutem
et secundum alienam fortius agit secundum
propriam quam alienam Odores autem
secundum propriam virtutem agunt Et secundum
virtutem saporis ergo fortius agunt
secundum propriam virtutem quam alienam …
… Secunda accipitur ex libro de sensu
et sensato ubi dicit Aristoteles quod odores habent
delectabile proprium et delectabile alimenti
Inde procedit ultra Omne quod principaliter
agit secundum propriam virtutem non agit ut
passio alicuius odoris principaliter agit
secundum propriam virtutem ergo non agit ut pas
sio saporis Sed contra Unum
quod agenti est non est virtus illa se
cundum quam agit in omne patiens
sibi determinatum quam illa secundum quam agit
in quodlibet Odor secundum quod confert de
siderium nutrimenti et ut est passio saporum
agit in omnes … amabiles
sed secundum proprie delectabile agit in homines
… ergo … odorum
indicare nutrimentum et est passionem sa
porum quia immutat secundum proprium delecta
bile Item omni agenti virtus illa est …
est secundum quam fortius agit quam illa
secundum quam debilius Odor secundum quod confert
desiderium nutrimenti fortius agit quam
secundum quod immutat in proprio delectabili
ergo … est … esse passionem
saporis quam esse per se Solutio

dicimus quod odor passio saporis est et non accidens sed virtute propria Sed passio dicitur multis modis scilicet quae predicatur de subiecto sicut quod dicimus passionem numeri par vel impar et passionem lineae rectum vel curvum dicitur etiam passio qualitas accidens quod accidit subiecto dicitur etiam passio qualitas secunda quae est in tertia et nullo istorum modorum dicitur odor passio saporis Sed dicitur passio id quod non accidit nisi subiecto eodem in quo est cuius est passio et generatur a principiis eius agentibus et patientibus non tamen eodem modo se habentibus Et sic odor dicitur passio saporis quia non accidit nisi cui accidit sapor Et causatur a principiis saporis non eodem modo se habentibus in odore et sapore quemadmodum supra dictum Et per hoc patet solutio ad primum obiectum

Ad aliud quod obicitur in contrarium dicendum quod virtus saporis non est aliena nec accidentalis odoribus quia sicut dictum est odores causantur a principiis saporis

Ultimo queritur porum utrum odor sit sequela totius complexionis rei odorantis Videtur enim quod omnis passio causata propter ex qualitatibus complexionalibus sui subiecti est sequela complexionis totius Odor est passio humoris ergo est sequela complexionis totius Maior non patet propter hoc probatur quod supra dictum est quia in odore est siccum permixtum humido et calidum faciens evaporare Et extra principale constituitur corporis odoriferi Sed contra idem corpus odoriferum est saporosum ut supra habitum est Ergo odor est sequela totius complexionis quo eodem modo et sapor Sed odor principaliter est in sicco et secundario est in humido sapor vero est ergo idem corpus est principaliter ex humido et secundario ex sicco quod est impossibile Et iuxta hoc queritur si odor est passio saporis ut habitum est quare non omnia corpora nobis bene sapiunt scilicet quae nobis bene odorant Hoc enim videtur per philosophum in 2o de anima ubi dicit quod alia quidem propter odorem aliter habent odorem et saporem alia vero contrarium Sed autem acer et austerus acutus et pinguis est odor eodem modo Videtur etiam hoc quod ipse dicit in libro de sensu et sensato quod maxime habet odorem et sal vitreum magis est odorabile Et hoc manifestatur quia a sale et vitreo fluit deum vitreum autem magis tenuem est Item lapis non odorat ligna autem odorat Et lignorum multa sunt odorabilia aquatica Item autem metalla quae metallantur aurum non odorat quia est athimum et autem et cuprum et ferrum sunt odorabilia Et quando comburuntur humidum in metallis tunc scorie metallorum sunt odorifere sive odorabiles Argentum vero et stannum magis odorant quam aurum et minus quam ferrum et eo quod sunt magis aquatica

Solutio dicimus ad primum quod sapor et odor sunt sequele complexionis corporum odorantium quia causantur a qualitatibus complexionalibus corporis Sed non oportet quod eodem modo causentur ab eis et propter hoc sapor sapor consistit principaliter in humido quia habet infusionem in partes multi ut habitum est Odor autem principaliter in sicco calido ut patet per siccitatem et humiditatem cerebri

Ad aliud dicendum quod non in omnibus odor sequitur saporem Nec hoc dicit philosophus sed dicit quod in quibusdam sic in quibusdam non Causa autem est quia quandoque in corpore odorabili humidum quod autem est in ipso est indigestum Et propter hoc dicitur saporem autem tum illud quod evaporat ex ipso per calidum digeritur complete per calidum quod facit ipsum evaporare Hoc enim subtile est facile digestibile et tunc erit odor dulcis Et hoc patet in floribus et in quibusdam fructibus pomorum acetorum Et huius signum est quia si postea illa assantur acquirunt et dulcem saporem per decoctionem humoris

Ad illud quod queritur ultimus dicendum quod nihil est odoriferum nisi quod est potum et evapo-

zatum vapore sicco ut supra
habitum est Elementa ergo cum sint
simplicia non sunt odorabilia Ma
re autem cum habeat admixtum
siccum terrestre adustum quod creat
in eo salsitudinem efficitur odoriferum
quia odor consistit in sicco vapore
Sal autem species terre est ut habetur
in libro metheororum liquatur enim ex
humido aquoso et sicco terrestri com
busto vitrum autem species est salis
et magis siccum Et propter hoc de o
leo plus extrahitur de sale quam de
vitreo sicut expertum est in alchimia Et
hoc est quia humidum aereum plus
est in sale quam in vitreo Et quia hoc
faciliter vaporatur propter hoc sal ma
gis est odoriferum quam vitreum La
pis autem generatur ex luto viscoso et
est compactus et terrestris et propter
hoc non habet odorem Ligna autem plus
habent de oleo cuius signum est quod crema
bilia sunt Et ideo sunt odorabilia
Et per consequens ligna aquatica quia
magis sunt frigida et humida hu
miditate aquee Et sunt minus vapo
rativa Et propter hoc minus odorabilia sunt
Aurum vero quia fit ex puro sulphu
re et argento vivo optime commixtis
calido commiscente et frigido con
gelante et bonitate mixtionis habet
compactionem vehementem Et huius signum
est eius ponderositas Et frigido
congelante habet constrictionem pororum
extrinsecus et utrumque istorum prohibi
tivum est evaporationis et per consequens o
doris Cuprum autem et ferrum sic se
habent quod in sulphure puro argen
tum vivum non purum et non bene mix
tum neque equale quia de sulphure
est plus et propter hoc non est solidum in parti
bus sed porosum est propter habundan
tiam sulphuris et ideo est evapo
rativum et per consequens odoriferum ferrum
autem est ex sulphure lutoso fetoso
et argento vivo lutoso Et propter huius
modi viscositatem non potest separari ali
quid argenti vivi Et ideo ferrum

non est liquabile sed mollificabile
Et propter non bonam commixtionem est porosum
et vaporativum et per consequens odoriferum
Stannum autem et plumbum sunt ex utroque
impuro sed vincit in eis aliquantulum
argentum vivum sed non habent compactionem
parvam propter minorem incompactionem sunt ma
gis odorifera quam aurum propter aquam
vero que obstruit poros sunt minus
odorifera quam ferrum et es Contrarie
autem omnium istorum habent actionem calidi
quod est aptum vapore evaporativum
terrei et humidi magis sunt odorabilia

**Sexto et ultimo queritur**
de differentiis odorum dicit enim
philosophus in libro de sensu et sensato
quod due sunt species odoris Una est que
est penes delectationem odoratus in sa
poribus et habet delectationem per accidens
Alia est in ipsis odoribus et habet delecta
tionem per se Exemplum primi species est odor cibi
Secundi autem exemplum est odor florum Videtur
autem iste non esse species odoratus quia ipse
enim non cognoscitur nisi in relatione
ad aliud hoc non habet speciem propriam ne
que delectationem separatam ab illo Odor
est talis in comparatione ad saporem
ergo non habet speciem propriam nec delectationem
separatam a sapore **Preterea queritur**
quare illa dicitur delectatio per accidens
que est in odore cibi quod enim omnibus
odoratibus convenit magis per se videtur
convenire odori quam illud quod convenit
alicui tantum Delectatio que est in odo
re cibi convenit omnibus odoratibus de
lectatio autem in odore per se convenit homini
tantum ergo delectatio que est in odore cibi
est per se et delectatio que est in odore
tantum convenit odori per accidens **Preterea**
Accidens est quod adest et abest preter
subiecti corruptionem ut dicit porphyrius Sed
quod convenit uni et cuidam inesse et
non inesse ut dicit Aristoteles sic ergo delectatio
cibi convenit odori per accidens contingit
eam odori inesse et non inesse respectu
animalis ergo contingit aliquod brutum
delectari in odore non propter cibum
quod est contra Aristotelem qui dicit a oris

ab homine animalium quaedam non
indignantur ad ea quae sunt secundum se su-
prox nisi quod attendunt corruptionem.
Ex odoribus enim quibusdam corrumpuntur
et tunc fugiunt. Item dicit Philosophus quod ce-
tera animalia ab homine non curant ipsarum
foetiditatem secundum se, quemadmodum multa
experiencia vel habitabilium fetidorum habe-
ant odores nisi qui conferant ad gu-
stum. Praeterea quaeritur utrum de-
lectatio in odore secundum se propria sit homini.
Cuius enim est melius esse sentire
odores illius est melius delectari
quam tristari. In odoribus quorundam
brutorum melius est sentire odores
quam hominis, ergo ipsorum est magis dele-
ctari vel tristari in odoribus, et sic non
erit proprium hominis. Praeterea quaeritur
de hoc quod dicit Aristoteles, et dicit scilicet quod
illi qui secundum accidens habent delectabile
dividuntur in species secundum sapores. Illi vero
qui secundum se sunt non dividuntur. Hoc enim videtur
esse contrarium philosophis. Cuius causa est quia
oportet cognoscere omnes odores per sapores.
Praeterea quaeritur de differentiis eorum scilicet
quot sunt et quae. Videntur enim tres
esse secundum Gregorium dicentem in capitulo de odore
vaporis. Quorum prima dicitur bonus
odor est et malus et quod medium
horum est quod neque bene neque male secundum
fetidum. Solutio. Dicendum est quod species
odorum distinguuntur secundum tres modos
scilicet in se et in comparatione ad delectationem
vel tristitiam quam infert olfactui. In
se autem distinguuntur secundum duos modos
scilicet absolute et in comparatione ad sapores.
Absolute autem non habemus propria nomina
eo quod male odoramus. Unde nulla
distinctione non habemus nisi nomina
excellentiarum, et unum dicimus re-
dolens et aliud fetens. Et si habemus
medium hoc est per abnegationem extre-
morum et non per commixtionem scilicet quod
nec est redolens neque fetens est. Et per
hoc patet solutio ad ultimam auctoritatem Gre-
gorii. In comparatione vero ad sapores
denominamus odores nominibus saporum
ut a dulci sapore dulcem odorem

et ab amaro amarum et a pin-
gui pinguem etc. Et sic multi-
plicandi sunt sapores secundum doctrinam
superius habitam de coloribus et sonis
speciebus. Delectabile autem distinguuntur
odores in duas species tantum, scilicet secundum
delectabile quod confert ad alimentum
et secundum delectabile quod confert ad sa-
nitatem. Delectabile autem quod ad ali-
mentum confert primo est in sapore
sicut dicit Philosophus de trano quinta
petras evaporare quedam totum
cum decoquitur lente vel infusio
mirton quod est pinguedinem quia
mirron in graeco tantum valet sicut unctio.
Odor enim pinguis imitatur sapo-
rem pinguem qui est delectabilis in
cibo. Delectabile autem quod confert ad
sanitatem cerebri est proprie in odore. Cum
enim odor sit quaedam evaporatio pertin-
git ad locum cerebri ad quem non potest
pertingere substantia cibi et ideo notum est
quod hoc delectabile sit in odore per se
et non per comparationem ad cibum. Et hoc
est proprie quod est in floribus et aroma-
tibus. Circa vero humidum vaporativum
ut est vinum vel medo, proprie nocet
cerebro humano. Vapores enim ele-
vati ad cerebrum infrigidantur propter
naturam cerebri et corrumpuntur etc.,
et inde differentia reumatica secundo
hoc in potu talium transfert odor ipsarum
ut duo delectabilia duorum sensuum
in unum generant scilicet delectabile saporis
in potu ad linguam quod confert ad ali-
mentum et delectabile aromaticum in eva-
poratione ad cerebrum quod confert ad sani-
tatem. Ad primum dicendum quod odor
proprie constituitur ex contrariis qualitati-
bus primis de quibus est sapor, secundum non proprie
denominantur odores secundum propriam sapo-
rum sed quoque ut superius habitum est et tunc
habent proprium delectabile. Ad aliud
dicendum quod duobus modis delectabile
cibi convenit odori per accidens secundum du-
plicem acceptionem accidentis. Accidens enim quod
potest ad proprium et quod per accidens convenit quod non
convenit gratia sui sed gratia alterius. Et
hoc non illud quod sapori est proprium dele-
ctabile convenit odori gratia saporis.

et sic patitur. Alio modo dicitur patiens quod non proprie sit, et hoc modo delectabile alicui convenit odoratu per accidens quamvis licet odor alicui desiderabilis sit esurientibus non tamen plenis satietate ut dicit philosophus. Ad aliud dicendum quod omnibus animalibus convenit quodammodo delectari in odore alicui tamen non ut iam dictum est. Ad aliud patet solo per antedicta ubi dictum est de dispositione cerebri humani in comparatione ad alia animalia. Ad aliud quod obicitur in contrarium dicendum quod animalia bruta melius sentiunt odores quam homo sed non indigent ut laetentur ad eos nisi ut sint corrupti. Sicut apes et formice fugiunt odorem sulphuris et serpentes odorem cornu combusti. Nec hoc causa naturalis delectationis melius sentiunt odorem sed potius quod magis confert ad sanitatem. Ad aliud dicendum quod odores qui habent delectabile saporis proportionati sunt saporibus et ideo distinguuntur penes ipsos qui autem habent proprium delectabile non proprie sunt proportionati. Odor enim florum quamquam dulcis est et sapor non est dulcis et loquendo penes sapores non possunt distingui. Ex his patet solutio totius questionis quam tangit Aristoteles in libro de sensu et sensato scilicet quare quidam existentibus sensibus odoratus medius ponitur. Ratio huius est quia sensus gustus et tactus non sunt alii quam conservativi animalis et cum hiis convenit odoratus eo quod habet delectabile gustus per accidens. Sed quod se ducit ad alios sensus ut visus et auditus non habent talia delectabilia et sunt propter bene esse et cum hiis convenit odoratus secundum quod delectabile per se, et est intermedium extremorum.

## De olfactu ex parte medii

Deinde queritur de olfactu ex parte medii. Et dicit Aristoteles quod medium est aer et aqua. Sed videtur quod aqua non potest esse medium propter rationes quas ponit Aristoteles in libro de sensu et sensato.

Commentator [illegible] qui dixerunt odorem esse fumalem evaporationem quidem existentem terre et aeri. Et si omnia entia fumus fierent quod nares discernerent odores in certis entibus. Obiciatur philosophus in contrarium sic: fumalis evaporatio impossibile est quod sit in aqua, odor autem est fumalis evaporatio, ergo impossibile est esse odorem in aqua. Maior patet per hoc quod apparet in aqua existens ascendit superius et sic vapor aereus secundum quod scribitur in primo de sensu et sensato. Si hoc concedatur contra pisces in aqua sentiunt odores corruptivos enim scilicet et fugiunt eos cum ergo non contingat aerem oportet quod per medium aque sentiat et sic odor est in aqua. Praeterea arguitur iuxta hoc sic quia nullum horum aer et aqua sunt medium. Et videtur sic natura in ipsis enim sunt tria scilicet natura dyaphoni, natura frigidi et natura humidi. Secundum autem naturam dyaphoni non sunt media quia sic sunt media visus. Sed nec secundum naturam humidi quia odor est proportionatus siccitati sicut humidum est saporis. Nec secundum naturam calidi vel frigidi quia neutrum convenit communiter ambobus. Praeterea frigus extinguit odores sicut dicit philosophus. Oritur etiam iuxta hoc quo dubitatur scilicet utrum odor fiat ex parte medii ex permutatione sola medii vel ex permutatione corporis odorabilis cum corpore medio. Et videtur quod ex permutatione sola. Vaporans enim non potest amplius extendi quam sub propria magnitudine. Videmus ergo quod a corpore vaporabili per vapores eleventur pugilli parvi non magis quam pugillus per decem factorum extendantur in decem pugillos aque et illi decem extendantur in centum aeris. Cum ergo evaporatio sit in corpore magis grosso quam aer hoc autem compresso odoris vaporis et odor alicuius rei non sentitur ad spacium longinquum quod est contra experimentum quod est de avibus congregantibus que devenerunt ad cadavera per centum leucas. Cum decem non habent nisi odorem hoc enim patet in camphora sed illa vaporat

usque ad aliquem terminum Dicitur ad hoc
ut diffundat odor eius in duplum
illius termini oportet ut ex illo odore eva
poret aliud Et sic si debet in triplum
oportet quod ex illo iterum resolvetur aliud
Et sic ulterius quod videtur inconveniens Et tamen videtur
quod non cum odore diffundatur vapor sed
tamen species odoris permutat medium
Contra hoc est quod odorabilia post multum
attenuatum odorem fiunt leviora et pu
trescibilia sicut patet in pomis Solutio
dicas quod odores sunt in aere et aqua
Heraclitus enim dicebat quod odores resol
vuntur ab omnibus entibus propter quod non
sunt in medio nisi in aere Exemplum quia
aliter non sunt odorabilia et si evapo
ret Preterea odores sunt in aqua
et in aqua non est aer et illi sunt
modi quibus concordat Aristoteles Dicebat
enim quidam quod quia odor fumalis
est evaporatio Et fumus est vapor
terre ut supra habitum est quod odor non re
solvitur nisi a terra et illius est contrarium quod
dicit Aristoteles Solutio dicendum quod odores
in aqua et in aere ut medium
ut dicit Aristoteles Algazel et dicitur hoc
autem quod dicit Aristoteles contra Heraclitum non
intelligitur sic quod non velit quod odores non
sint in aqua sed est deductio ad in
conveniens Dicebat enim Heraclitus odo
res non in medio nisi in aere Et hoc re
solvi a terra Et ex hoc sequitur quod cum aer
non sit in aqua nisi commixtus secundum
quod videmus herbas generari ex commix
tione elementorum in aqua quod odor non sit
in aqua quod est inconveniens fumalis enim
evaporatio non est in aere ut in medio
Aer enim commixtus aliis elementis ad generationem
corporum vehiculum non est medium aliorum propter quod
sensibilium illius ille non ascendit in aqua tamen
aer purus ascendit Et propter hoc non
erunt odores in aqua Ad aliud
dicendum quod odor est in aqua et in aere
sed quod utrumque est sine odore receptibi
le tamen odorem sed quod est sonus in aere
secundum quod est absonum susceptibile tamen
soni Et quod obicitur quod non sit sed in materia
humidi vel frigidi vel diaphani bene
concedimus Si autem quaeratur tunc quare
non sit in aliis corporibus sensibilibus

quare etiam sint sine odore dicendum
quod illa non sunt susceptiva evapo
rationis odoriferae ita quod possibilis
sit evaporatio per ipsam Evaporatio
autem debilior est in aqua quam in aere
in quibuslibet tamen est sicut etiam in frigido
tempore debilior in aere quam in alio Et propter
hoc odor est in utroque Dicunt tamen
quidam quod in odore est permixtum siccum
humido licet sit actus sicci Et ideo
propter quod magis vergit ad humidum est in
aqua Et sed quod magis ad siccum est
in aere Ad hoc quod quaeritur utrum
sit ex permutatione sola vel evapo
ratione dicendum sed dicitur quod est utro
que modo In evaporatione enim dicitur
natura aeris Et ideo evaporatio
transmutat aerem secundum odorem et so
num Et praeter hoc quod recipiat aliquam
partem rei evaporatis et sic transmutat
aliquam sicut nos videmus
vinum in doleo transmutari ad odorem
eorum quae ponuntur iuxta dolium Et
secundum hunc modum per solum spatium per
fectam immutationem sed odores dicunt et
dicitur quod aves et vultures sunt a cadave
ribus et alte volatus Et potuit
esse quod per visum venissent ad cadave
ra non per odorem Ad aliud quod
obicitur dicendum quod non sit odor sine
evaporatione fumali propter rei odora
bilis Et ideo illa attenuatur et pu
trescit pertractatione multarum odoris Si-
cut probat quam ipsa evaporatio postquam
immutet aerem Et propter hoc quod ultimo
illa evaporatio fiat ex ipsa

Consequenter quaeritur de ol
factu ex parte modi odorandi
Videmus enim odorare quaedam anima
lia respirantia et quaedam non respi
rantia, ergo videtur quod olfactus aequi
voce dicatur de respirantibus et non
respirantibus Preterea dicit in libro
de animalibus quod vere olfactus in anima
libus comprehenditur clausa sunt Licet
enim quaedam pisces cum quadam foramina
videantur habere in naso tamen illa fora
mina non pertingunt usque ad me
dullam cerebri sicut patet in libro de animalibus

Aristoteles et Avicenna. Assignatur autem ratio duplex quarum una est quod si apertum esset ne penetraret aqua usque ad medullam cerebri et infrigidaret cerebrum et extingueret. Alia secunda causa est quia tota anima frigida sit parum habet caloris circa locum digestionis et ideo pauci vapores elevantur ad cerebrum qui si infrigidati fuerint in cerebro pauca sicut in aliis pulmonem habentibus propter alias. Cum ergo quedam animalia habeant magis apertos odoratus videtur odoratus esse equivocus in istis et in illis. Preterea queritur utrum hoc verum ex quali distantia odor sit et animal inspirans vel non inspirans. Et videtur quod sic ponamus enim duo animalia unum inspirans et aliud non inspirans in ultima evaporatione in mutatione vel non immutatione rei odorifere ubi enim tangit et alterat cerebrum non inspirantis et cerebrum etiam tunc inspirantis ergo odorat in equali distantia et per aliquam partem hoc cum aliis animalibus. Et videtur quod sic quia si enim homo stat cum cane in ultima evaporatione odoriferi canis etiam tunc homo que canem sed aer immutatus odore tangit cerebrum utriusque ergo agit utrumque et alterat. Solo dicendum quod olfactus dicitur equivoce in olfacientibus anhelitu et diverso naso. Potentie enim passive habent differentiam per actus et actus per obiecta sicut dicitur secundo. Unde cum obiectum sit unum scilicet odor unius rationis aut olfactus etc. diversis orificiis in habentibus duos orificios et molles et habentibus velamen super orificios et non habentibus non facit unum equivocum. Ita nec diversitas nasi. Et habere organum odoratus coopertum vel non coopertum facit odoratum equivocum a non tamen organum non differt aliqua potentia sensibilis secundum potentiam ab obiecto sicut dictum est. Cum enim potentia sensibilis sit potentia passiva et differentiam habet per actum suum actum tamen habet ab obiecto agente quod est obiectum oportet quod per obiectum differentiatur. Ad aliud quod iuxta hoc queritur dicendum quod non oportet quod quecumque animalia odorant ex equali distantia sive sint respirantia sive non respirantia ad perceptionem odoris non exigitur tamen equalitas agentis sed equalitas patientis propter hoc in loco ubi est debilis odor transmutatur cerebrum sicut aliorum animalium eo quod habeant symbolum facilius est transmutatio et in eodem loco non posset transmutari frigidum et humidum cerebrum sicut est hominis. Non enim transmutatur tale nisi a forti odore.

## De gustu

Consequenter transeundum est ad gustum de quo queruntur quatuor. Primum quid sit gustus. Secundum quia est quidam tactus et quod non. Tertium ex parte obiecti. Quartum de gustu ex parte medii. Ad primum procedendo sic dicit Avicenna gustus est virtus ordinata in nervo expanso super corpus lingue ad comprehendendum sapores solutos ex corporibus contingentibus ipsam cum permiscetur humori salivo lingue per mixtionem permutante. Unde et insufficienter dictum quod dicit gustum esse ordinatum in nervo lingue quia dicit Grecus Nyczenus quod organa ligne sunt lingua et hys magis ... adiunctis ... palati in quibus sunt hii qui ex cerebro nervi dilatati qui etiam annuntiant ... in cerebro. Preterea hoc idem dicit Avicenna in libro suo de animalibus capitulo de anathomia lingue. Vult enim ibi quod nervus gustativus non sit tantum expansus in lingua sed etiam in palato et aliis quibusdam partibus contactantibus linguam. Preterea videtur in quibusdam animalibus non esse lingua sicut in avibus et quibusdam piscibus et tamen illa habent gustum. Solo dicendum quod in virtute gustus est etiam in nervis palati sicut obiectum est sed ... tamen eius optimum est in lingua

et in labro quod est in loco lingue et cum ab ipso fiat differentia diffi a ventro expanso in superficie lingue.

Ad illud autem quod obicitur de animalibus que non videntur habere linguam dicendum quod habent aliquid loco lingue scilicet carnem quandam ad cuius radicem continuatur ysopagus et carna tur ysopagus tamen vel stomachus vel in ysopago et carna dico autem hoc quia in quibusdam animalibus invenitur ysopagus et carna sunt contigua ad linguam vel ad aliud quod est loco lingue. In quibusdam autem invenitur ysopagus tamen sine carna. In quibusdam invenitur stomachus sive ysopago et carna sicut de quodam pisce patet de quo dicit Aristoteles quod non habet ysopagum sed stomachum longum et ideo quasi in voracissime autem ymmo post.

Contra in quibusdam animalibus sunt due lingue ut in serpentibus. Dicit enim grecus interpres et dicunt quod organa propria creatrix animalium dedit duplicia et linguas duas sicut oculos duos ut si unum depravetur in altero servetur sensus. Sed in quibusdam animalibus lingue sunt grosse scilicet in homine et in quibusdam non grosse ut in serpente. In quibusdam longe et acute ut in apibus et in animalibus que sugunt nutrimentum per linguam que longe emittitur ante os. Unde quasi retrahit eam dum non sugunt nutrimentum. In quibusdam autem arta sunt in quibusdam piscibus et in quibusdam media sicut in hominibus et in quibusdam ligata anterius ad palatum ut in ranis. Et ideo vox ranarum non potest esse nisi coax.

Secundo queritur qualiter gustus sit quidam tactus et qualiter non. Videtur autem quod nullus sit tactus. Potentie enim distinguuntur per actus et actus per obiecta ut supra dictum est. Ergo quarumcumque potentiarum obiecta sunt penitus diversa ille sunt diverse. Obiectum autem gustus et tactus sunt diversa. Ergo gustus et tactus sunt penitus diversa. Prima patet. Est per hoc quod sensus distinguuntur per obiecta. Secunda autem probatur per hoc quod dictum est in alia quod gustus saporis iudicativus est, sapor autem diversificatur penitus a tangibilibus. Sed contra est quod in multis dicit philosophus in libro de anima et in libro de sensu et sensato quod gustus est quidam tactus.

Solutio. Dicendum quod gustus accipitur duobus modis. scilicet secundum quod est sensus alimenti ut in nutritus loco dicit philosophus et sic gustus est quidam tactus quadruplici ratione communiter. Prima est sumpta ex parte obiecti quod est alimentum. Cum enim alimenta non nutriunt nisi per substantiam sicut dicitur in primo de generatione et corruptione. Ergo quod substantia alimenti tangat id quod nutritur. Cum vero non nutriat nisi id ex quo sumus, quia ipsum sit commixtum ex calido et frigido humido et sicco sicut et nos commixti sumus sicut dicitur in secundo de generatione et corruptione. Cum ergo sic tangat per substantiam sine medio extrinseco et in nutriat per calidum frigidum humidum et siccum que sunt qualitates tangibiles patet quod ex parte obiecti gustus quidam tactus est. Secunda ratio sumitur ex parte medii quod est medium gustabilium. hoc est humidum aqueum quod est insipidum et cum hoc sit unum tangibilium erit gustus per hoc quidam tactus. Tertia ratio sumitur ex modo gustandi. Non enim gustatur aliquid nisi humido vel terri lingue contiguum cum illo rei gustate. Cum ergo illa se tangunt ut in quinto physicorum quorum ultima sunt simul patet quod ex modo gustandi gustus quidam tactus est. Quarta ratio est quia gustus est tactus in quibusdam membris sicut in lingua et in palato tactus ut est in omnibus membris corporis et ideo dicitur quidam tactus quasi tactus particularis. Alio modo accipitur gustus prout est iudicium saporum et per hoc gustus [illegible] tactus

est ut probatum est in obiectione
et quia per obiectum quod est differentie
specierum sic distinguitur a tactu
ideo gustus ponitur unus quinque
sensuum ex diversis tactu divisus
Consequenter queritur de gu
stu ex parte obiecti quod est sa
por et queruntur quinque quorum
primum est utrum sapor sit
qualitas simplicis et compositi
vel utriusque Secundo utrum sit actu
humidi vel sicci vaporati Tertio
que est et quot sint cause saporis
Quarto de generatione saporis Quin
to et ultimo queritur quare hoc (?) venit
sit quod tactus et gustus ministeri
menta habeant circa cor Ad primum
horum proceditur sic dicit philosophus secundo de ge
neratione et corruptione et in libro
de anima quod ex eisdem generamur et
nutrimur sed generamur ex compositis
compositis et mixtis ergo nutrimur
ex eis Cum ergo sapor sit nutrimenti
passio et qualitas erit sapor
passio compositi et non simplicis
Preterea ad hoc ponit philosophus qui
dam rationes in libro de sensu et sensa
to circa de gustu obiciens contra quos
dam pittagoricos sic dicens oportet ci
bum esse compositum Et enim nutri
menta non sunt simplicia quia
et superfluitates ubi hoc in ipsis
hoc vero est sicut in plantis (?) est
nutrimentum propter hoc oportet esse commix
tum quia aliter per digestionem non
separaretur superfluum a nutrimento
Cum enim simplex sit homogeneum non
est ratio quare una pars abiciatur
altera et servetur in cibo Sed hec
separatio superfluitatis quandoque fit in ipsis
corporibus ut in animalibus que stoma
chum habent et ventrem quibus fit
separatio puri ab impuro Et quandoque
fit extra ipsa animalia sicut in pla
ntis que terram habent pro ventre Et
propter hoc non egent Secunda ratio est
quia nec aqua que magis
videtur esse nutrimentum eo quod omne
nutrimentum oportet esse mixtum cor
poreum quod cum in mixto corpore est inter
pale (?) oportet esse corpus mixtum
Tertia ratio est quia si unum simplicium
nutriret tunc quodlibet simplex nutriret
quod falsum est quia aer propter suam sim
plicitatem non nutrit Quarta ratio
est quia cibus est locatum receptum (?)
in corpore ad quem non ingrediuntur
simplicia sed composita Ex hiis
concluditur quod cum sapor sit passio nu
trimenti quod sapor non sit passio simplicis
sed compositi Contra hoc
obicitur sic omne alicui compatibilis
est ei cui inest ergo necesse est ipsum
esse male (?) tale in se et bene ter
minabile termino alieno hoc autem est natura
humidi Et ita videtur sapor esse primo
passio humidi et cum humidum sit simplex
videtur sapor esse passio simplicis
hoc enim videtur velle philosophus in secundo de
anima ubi dicit quod sapor est humidi
sicut odor sicci Preterea in libro
de sensu et sensato videtur dicere quod
subiectum saporis est humidum aqueum
Item quando sit in corporale ei quod
alitur faciens augmentum in ipso et hoc
contrarietas (?) videtur esse alimentum simplex
est homogeneum ergo et simplex potest esse
alimentum Et ita sapor erit passio
simplicis ... probatur propter hoc probatur ex hoc
quod simplex est quantum ad corporei
tatem et sic faciens augmentum
et per substantiam salvatam esse in mixto
et sic facere nutrimentum Solutio di
cimus quod sapor est passio compositi
corporis eo quod omne alimentum mix
tum compositum sit per philosophum in libro de
sensu et sensato generatio saporis est ut
in subiecto humido et aqueo ut
in efficiente in calido digerente quod est
calidum ignis et solis sicut sicco et
terreo est sicut in passo terminante hu
midum aqueum Et hoc probatur per experi
mentum cum enim saporosum in corpora
le sit necesse est ipsum esse humidum
et et videamus in cibis et fru
ctibus allatis ad ignem et solem
generari diversos sapores patet quod omnium
saporum efficiens est caliditas

Ubi videmus salsum generari ex sicco adusto et humido aqueo et terrestri sicco patientibus. Si ergo sapores considerantur non propter hoc sunt eiusdem generis qualitates sicut extremum simplex sunt eo quod non sunt compositi ex aliis sed medii sunt compositi sicut patet in aliis obiectis sensuum. Ad primum ergo dicendum quod nutrimentum quamvis habeat actum humidi in hoc quod fluat ad loca aliena sed tamen non est de natura humidi tantum sed etiam sicci terrestris et calidi ignei. Ad aliud dicendum quod obiectum philosophi intelligitur quod sapor est humidi sicut subiecti et odor sicci vaporati sicut subiecti. Ad ultimum dicendum quod prima est vera et secunda falsa quia simplex non est temperale et nutrimentum et si consideratur simplex in mixto hoc enim est propter nutritivam sed propter qualitates activas et passivas moventes ad mixtum.

Secundo queritur utrum sapor sit actu humidi vel sicci vaporati et videtur quod neutrum simpliciter alicui. Ex eisdem enim nutrimur ex quibus sumus ut dicit philosophus. Sed quedam sunt que constant principaliter ex sicco terrestri et per partes ex humido aqueo et cum sapor sit passio cibi videbitur sapor sit diversimode esse sicci terrestris et humidi aquei quod est contra predicta. Preterea videtur quod sapor sit vaporativa qualitas quia principaliter corpora vaporativa sapor est magis [illegible] ergo est qualitas vaporativa. Contra hoc est quod dicitur in libro metheororum quod terra et aqua solum sunt elementa vaporativa sapor autem est sicci terrei commixti cum humido aqueo ut habetur in libro de sensu et sensato. Dicendum quod principaliter est in humido ut in subiecto et quasi in sicco illi commixto. Ad primum quod obicitur in contrarium dicendum quod licet quedam sint in quibus vincat terrestreitas tamen quia non possunt accipere nutrimentum nisi influat aliud in quamlibet partem corporis eorum et influxus non est nisi secundum actum humidi oportet aliud principaliter esse humidum cum potentia sicci cuiusque. Et patet in lactibus sagineis in quibus ultimum nutrimentum sanguis est qui actu humidus est. Ad aliud dicendum quod falsa est. Licet secundum quod omnis qualitas tex pre vaporari vaporativa est sapor enim est qualitas humidi aquei et sicci terrei et non inquantum vaporativa sed secundum inquantum generalis passivum calidi digerentis.

Tertio queritur que et quot sint cause saporis. Et videtur quod quatuor scilicet calidum frigidum humidum et siccum omnia enim generata componuntur ex primis. Cum ergo sapor sit qualitas corporis generati oportet quod causata a quatuor primis. Preterea omnia que accipiunt nutrimentum ut sapor est passio sunt composita ex quatuor primis et ab eisdem nutriuntur ex quibus sunt et sunt vaporosa ergo ex quatuor primis. Sed contra dicit philosophus quod frigiditas extinguit odores et ebetat sapores ergo videtur quod frigiditas non sit causa saporis. Preterea videtur quod humidum aqueum sit causa saporis. philosophus vero generatur primo ex sicut quod est potentia tale quale ipsum est sicut album ergo cum humidum aqueum insipidum poterit esse sapidum per mixtionem sicci terrei ut dicitur in libro de sensu et sensato videtur sapor generari principaliter ex humido aqueo. Solutio dicimus quod quedam sunt saporis per se et quedam patitur per se quidem est efficiens et quedam sunt passive efficientes ut calidum solis et calidum ignis videmus enim in fructibus plantarum aliarum in quibus humidum per calidum solis non est sufficienter digestum et propterea ponuntur ad ignem ut efficiantur dulces per digestionem. Sicut videmus in passa cibis passive autem sunt humidum aqueum ut subiectum actu est natura esse saporosum cum iungitur ad gustum quia aliter non penetraret et ad nervum gustativum qui est in lingua

Cuius vero terrestre terminatum est humidi ad generationem saporis. Cause vero preterea quedam sunt intrinsece quedam extrinsece. Frigiditas enim est causa intrinseca que per se abetat [?] saporem. patitur facit quamdam. Cum enim calidum sit evaporativum aeris subtilis et subtiliativum aquei et terrestris et pergens dissolutum commixtis ex illis frigidum per oppositum erit inspissativa aeris et inspissativa eo quod convertit aerem ad aquam et aquam ad terream. Et ideo confert per accidens saporem sapere necessarium. Unde dicit philosophus quod frigida sunt magis sapida calidis. Causa autem per accidens extrinseca est sapere sicut respiratio residatio et constrictio et sapere in fructibus plantarum. In prima enim maturatione respersum est in fructibus quoddam calidum quod inter facit exalatione humidi quod remanet insipidum et non bene commixtum cum humido et postea fructus respirant accipit humidum ex frigore quod nascitur in aere ex privatione caloris solis quia humidum subinductum commiscetur terrestri sicco et subtiliat ipsum et facit fructus sapidiores. Residatio autem tollit superfluum humiditatis per cuius ablationem naturale humidum bene adunatur sicco terrestri et generatur melior sapor. Ex hiis duabus de causis meliores sunt ut frequenter fructus in hyeme quam in estate. Constrictio autem humoris quod clausum est in corporibus facile sit gustabile lingue et per hoc erit meliorem saporem. Et per hoc patet solutio ad ob

Sexto queritur circa alia de generatione saporis. Et videtur quod generentur in qualitatibus primis. quia sicut dicit philosophus in secundo de generatione et corruptione omnes passiones secundum generationem reducuntur ad hos sapores quia qualitates sunt passiones quod generantur a primis. hoc et videtur per hoc quod dicit philosophus in secundo libri de plantis scilicet quod fructus post sunt dulces. Et propter raritatem lignum calor solis digerens ubique consequitur humidum calidum attractum. Postea vero calor attrahit sicut subtile et angustat poros arboris ita quod calor non habet subintrare ad digestionem humidi. Et tunc ex privatione calidi frigiditas et siccitas vincit calorem et humorem et erunt tunc fructus ponticus et terrestris saporis. Deinde vero sol cum calore suo sicut oppilatum attrahit ad exterius et propter hoc multum incipiat dictari [?] frigiditas et siccitas intrinsecus et erit tunc fructus fortissime ponticitatis. Cadem [?] resurget calor naturalis intrinsecus per calorem solis et expulso frigido incipit advenire suavitas in fructu illo et tunc erit fructus dulcis. Ex hiis colligitur quod sapores generantur a primis qualitatibus. Secundo dicit hoc videtur esse quod dicit in libro de sensu et sensato ubi dicit Aristoteles quemadmodum enim colores albi et nigri extra commixtionem sunt ita sapores a dulci et amaro et secundum proportionem in eo quod magis et minus et vicissitudines est secundum numeros quosdam commixtionis et motus tamen indeterminate. Solutio dicendum quod duplex est generatio saporis una per causam efficientem et hec est a primis qualitatibus. Alia est per commixtionem earum que efficiatur [?] salvatur in mixto. Et secundum hoc extreme [?] sapores sunt simpliciter et medii composita ab illis. quantum ergo ad primam generationem causa saporis in genere est humidum primo ut subiectum et siccum terrestre illi commixtum et calidum movens ad commixtionem. Generatio vero saporis in specie ut a causa efficiente est secundum quod a calido sufficienter digerente humidum generatur sapor dulcis. A calido autem digerente et subtiliante humidum aqueum in humidum

aereum generatur sapor pinguis /
A calido vero non digerente sed adu-
rente secundum aliquem modum fit quidem
cum humido generatur ponticus sa-
por Et si est cum sicco generatur amarus
vel salsus Si mixtio adueniat et secundum
hanc generationem loquitur dicitur in libro de plantis
secundum autem alium modum loquitur in libro de sensu
et sensato Et propter hoc dicit ibi quod septem
sunt sapores sicut septem colores secundum
proportionem autem eorum plures autem erunt secundum
proportionem geometricam et secundum proportionem sicut
supra diximus in questione de coloribus

## Utrum gustus et tactus quomodo instrumenta sua habeant circa cor

Questio qualiter
hoc sit verum quod gustus et ta-
ctus instrumenta sua habeant
circa cor Dicit enim philosophus in libro de
sensu et sensato quod tactuale instru-
mentum est magis liquidum gustus propter
tactus sit Unde videtur cor eorum
instrumentum scilicet gustus et tactus
cor enim oppositum est cerebro et est ca-
lidissimum pars Sed contrarium
videtur esse dictum omnium auctorum
qui dicunt nervos sensibiles
oriri a cerebro secundum proprium animalium et
gustum esse in nervo expanso in
lingua Galienus hoc probat per experimen-
tum quia in lingua sentimus sapores
et non circa cor Si forte dicat ali-
quis quod gustus est sensus alimenti
Alimentum autem est quod hic tactus dicitur
et alimentum digeritur a calore cordis
Et ideo dicitur gustus et tactus habere
instrumenta sua circa cor Contra
Galienus dicit quod digestio fit a ca-
lore qui est in epate et ultima digestio
est ibidem secundum ipsum ergo magis deberet
dici secundum hoc quod gustus et tactus habent in-
strumenta sua magis circa epar quam circa
cor Dicit enim gustus proprium quod est sensus
alimenti est commixtus ex calido frigido
humido et sicco et quo ad hoc habet
instrumentum suum circa cor Et per
eundem modum distinguitur in tactu
scilicet secundum quod est medium tangibilium
tamen secundum quod ipsum tangens naturaliter
tangibilis Sed de tactu nunc dicitur

Ad hoc quod obicitur contrarium primo
est secundum auctores in libro de animalibus
et secundum Averroes capitulo de corde quod deter-
minat contra Galienum et Galienus
in dicendum quod in veritate est quedam
operatio ad digestionem nutrimenti in
epate ut dicit Galienus et Avicenna non
contradicit Sed illa operatio non perficit
formaliter in materia sicut cibus antequam
recipiat formam a calore cor-
dis quia sicut cor formale principium
est et effectivum vite in omnibus
membris Ita est ad formale principium
nutrimenti Sed in stomacho quedam
est operatio in hoc quod operatur sicut
sitas panaria ab impuro calore
do que sucositas purenas quedam
attrahitur ad epar et ibi accipit
preparationem ulteriorem completam autem for-
mam ibi accipit a calore cor-
dis Et quo ad hoc gustus et tactus
dicuntur habere instrumenta circa cor

## De medio gustus quid sit eius medium

Deinde queritur de gustu ex
parte medii Videtur enim quod
medium in gustu sit humi-
dum aqueum Dicit autem philosophus quod
hoc est insipidum Unde sicut aer se
habet ad colores quod est medium eo quod
nullius coloris est sed est susceptibi-
bilis omnium colorum Ita humidum aq-
ueum se habet ad sapores Et ita esse
videtur medium in gustu Et hoc etiam
videtur per auctoritatem dicentem quod gustus
eget medio quod recipiat saporem
Et sit in se non habens saporem Et
hoc est humor qui venit ex nutri-
mentis salivalibus Item videtur
per aliquem secundo de anima ubi dicit quod
proprium gustus esse videtur potabile
et non potabile Non potabile
autem dicit pravus et corruptus gustus
potabile autem est humidum aqueum
et hoc videtur per rationem humidum
enim est penetrativum propter subti-
litatem Cum ergo sapor habeat
penetrare usque ad nervum lingue
Et hoc non potest esse nisi per humidum
Ergo videtur humidum aqueum esse

medium in gustu. Sed contra
ponamus quod aliqua pars sit hu
mida sicut cornu et humor illa
usque partes possunt penetrare ad lin
guam. Et sic non indiget humido
salivali quod dicitur esse medium in gustu.
Preterea questio est cum certe
contrarium humor aqueus recipiat
saporem in commixtione partium rei
saporose sed tamen per immutationem
saporis quo immutat ipsum humidum
sicut color aerem. Si primo modo
tunc non videtur humor esse medium
necessarium sed ad facile coniungendum
saporem cum lingua quia aliter esset
in medio et aliter in sensibili primo
quia in medio est sicut in potentia tamen
sicut color in aere. In sensibili autem
primo est in actu. Cum enim sapor sit
mixtus humori aqueo sit in actu
in humore tali non erit in ipso ut in
medio tamen. Si secundo modo tunc sa
por aut est in humido secundum suam
essentiam aut non. Si primo modo
tunc non est medium sed materia. Si
secundo modo tunc saporosum positum
super linguam sine medio non sen
tietur quod falsum est quia secundum hoc
gustus non esset quidam tactus.
Solutio dicendum quod medium
in gustu est humidum aqueum et
immiscetur salivalibus sumptum
ab extrinseco. Et aut medium et
materia et non medium tamen sicut
aer in auditu qui est medium au
diendi et materia soni et non sicut
in visu in quo est aer medium tamen
et non materia coloris. Et propter hoc dicit
Avicenna quod melius videtur sibi quod
medium ad hoc quod sapor posset
penetrare linguam et immutaret
nervum gustativum lingue. Et per hoc
patet solutio ad id quod querit primo scilicet
quod medium sit in gustu. Ad illud
quod preterea querit dicendum quod sa
pores non generantur in aliquo humido
tamen sed oportet plures causas esse et
propter hoc oportet quod partes saporose commi
sceantur humido ad hoc quod fiat in

actu saporosum. Et bene concedimus
illud quod obicitur quod sapor non est
in ipso ut in medio tamen sed etiam ut in
materia sicut de aliis sensibilibus dictum
est. Item gustus et gustabile. Non
gustabile dicitur tribus modis scilicet per privationem
habitus sicut insipidum est non gustabile.
Et privationem a remotione ad sensum sicut
exaltatum est non gustabile quod cor
rumpit gustum. Et privationem a remo
tione ad immutationem gustus sed de
bilitas immutans sicut non est gustabile
dicitur quod parum habet odorem. De tactu
Consequenter queritur de tactu. Et
queruntur quatuor scilicet quid est tactus
et utrum tactus sit unus sensus
vel plures et quid est organum in tac
tu et quid est medium in ipso et quid
est tangibile proprium. Ad primum
procedetur sic. Sicut dicit Avicenna tac
tus est virtus ordinata in nervis to
cius corporis ad apprehendendum illud
quod tangit et afficit contrarie per
virtutem complexionis et affectionis complexionis.
Item Algazel sensus tactus est virtus
diffusa per omnem cutem et carnem
per quam apprehenduntur calor et frigi
ditas humiditas et siccitas durici
es et mollicies asperitas et leni
tas gravitas et levitas. Preterea
contra primam harum diffinitionum obicitur
sic dicit Aristoteles in secundo de anima. Sicut se habet
sicut ad partem pars et totus sensus
ad totum corpus quod est sensitivum secundum
quod huiusmodi. Hoc est sicut anima sensibilis
perfectio est totius corporis sencientis
ita partes eius perfectiones sunt partium
sed cum tactus pars sit eius sensibilis erit
perfectio partis corporis sencientis. Ergo non
erit virtus ordinata in nervis tocius
corporis et in omnibus carnibus
corporis sencientis. Item videtur tactus
esse ordinatus non tamen in nervis cor
poralibus sed etiam in organis aliorum
sensuum. Tactus enim est ut fundamentum
ad alios posito illo quod est fundamentum
ponitur et illud quod est fundatum de
necessitate sed non convertitur. Tactus est

ut fundamentum ad omnes sensus. ergo
quodcumque sensum posito in aliquo or-
gano de necessitate ponetur et tactus.
Sed visus est in oculo et tactus. Preterea
nos ad sensum sentimus tactum
in oculo et subtilissime. Preterea
in libro de somno et vigilia dicitur quod
sensus sic sit ei quae per tactum ac-
cidunt, id est operati compati cum operatione
tactus. Operatio enim tactus separatur
ab aliis organis sentiendi. Aliorum
vero operationes ab opere tactus non separantur
eo quod tactus est fundamentum ad alios
sensus. Et ex hoc accipitur idem quod prius.
Item in secundo de anima dicit Aristoteles quod sic-
ut scilicet anima sensibilis ad vegetabilem
sic ceteri sensus ad tactum sed anima sensibilis
inseparabilis a vegetativa ergo ceteri sensus
erunt inseparabiles a tactu. Et tunc ultra ha-
betur quod in quocumque organo erit aliquis
aliorum sensuum in eodem erit tactus. Pre-
terea quaeritur quae sit causa ut illud
quod dicit Avicenna quod tangit illud et
afficiat contrario gravitate, sic enim
visus apprehendit visionem extrinsecus per
actum sic tactus videtur apprehendere tangere
et aliquo et ita superflue additur
quod sequitur et afficiat id caliditate
frigiditate. Preterea sicut dicitur in quinto
et sexto physicorum tangere est ultima
simul habere sed hoc convenit materialiter ut
in primo de generatione et corruptione. ergo
videtur quod actu possumus sentire materiam
quod falsum est. In materia enim non sunt
qualitates sensibiles et nihil sentitur sine
qualitate sensibili. Preterea quaeritur de hoc
quod dicit quod afficit contrarie frigiditate
sensitivum enim se habet ad sensibile ut po-
tentia et materia et non ut contrarium ut
dicit Aristoteles in secundo de anima capitulo de gu-
stu. Linguam enim oportet actu humidum
esse. Nec tamen oportet esse ad hoc ut
fiat actu humida. Sicut oculus non habet
actu colorem sed potest habere ipsum ergo similiter
in tactu sensibile non erit ut contrarium per-
mutans sed ut habitus se habebit et
sensitivum ut materia sub privatione. Preterea
quaeritur quae causa sit in hoc quod dicit
complexionem et compositionem corporis

Complexio enim videtur qualitas
corporis sentientis ex mixtione elementorum.
Et sic videtur complexio relinquere
compositionem ut prius ratione. ergo com-
posito nihil addit super complexionem
et sic superflue ponitur in diffinitione.
Solutio. Dicimus quod tactus duo
habet de ratione sua quorum unum est
quod est tangibilium iudicativus et sic est
potentia et pars animae sensibilis. Al-
terum est esse et perfectio a quo sumitur
primo diffinitio animae sensibilis. Et sic
non est pars animae sensibilis sed est illud quod
constituit constitutive ipsam. Et facit esse
sensibile animal. Et hoc patet duabus ra-
tionibus quarum una est naturalis scilicet quod
posito tactu ponitur animal et destru-
cto tactu destruitur animal. Et sic non
est in aliis sensibus scilicet in auditu visu
et odoratu et gustu nisi per hoc quod gu-
stus est quidam tactus. Cum enim
per esse sensitivum animal sit animal ut dicit Avi-
cenna. Tactus autem sensus per quem
animal est animal. Cum autem sensibile diffi-
nitum sit animalis tactus autem sensibus
a quo est sensibile quod diffinit animal.
Et hoc est quod dicit Aristoteles in secundo de anima
Vivere per hoc primum scilicet quia vegeta-
bile inest viventibus scilicet plantis anima-
libus autem vivere est propter sensibile primum
Et naturam vitae animalium manifestat
autem cum sint non habent hic plurimum
sensuum. Sensitivum autem inest pri-
mis tactus. Sicut autem vegetativum potest
separari a tactu et omni sensu sic
tactus a sensibus aliis. Alia ratio
est per similitudinem quia sicut in potentiis
animae vegetabilis est et perfectio ipsius
eo quod unumquodque dicimus perfectum cum
potest facere ex se alterum quale ipsum est
sic autem in potentiis animae sensibilis tactus
est esse et perfectio sensibilis animae secundum
genus suum eo quod animal perfectum naturaliter
animalis dicas habere quam tangendi huius
sensum. Ad primum dicimus quod
cum tactus perfectio sit totius animalis
oportet ipsum non tantum esse in organo
uno sed in omnibus partibus corporis secundum
aliquem modum ut inferius dicetur.
Et per hoc patet solutio autem ad sequens.

Tactus enim secundum quod est primus in animalibus fundamentum est aliorum sensuum. Ad aliud quod quaeritur quae sit differentia quod tangit illud est dicendum quod sicut distinguit Aristoteles primo de generatione et corruptione tangens et tactum se habent sicut movens et motum. Est enim quoddam movens non motum sicut movens primum. Et est quoddam movens motum sicut in generatione et corruptione. Cum enim frigidum movet calidum tunc etiam movetur ab ipso. Similiter est de tangente et tacto. Aliud enim tangit quod ultimum non habet ultimum et illud non immutatur per tactum quia non tangit nisi tactu methaphorico. Et hoc modo caelum tangit ignem. Cum enim caelum non recipiat impressiones pagnari caelum non immutatur ab igne. Et sic non tangitur ab ipso physice sed methaphorice. Ignis enim bene recipit impressiones a caelo. Et sic ignis tangitur a caelo. Cum autem ignis tangit aerem tunc utrumque tangit physice et tangitur ab utroque. Ultimum enim ignis mutatur secundum humidum quod est in ultimo aeris et ultimum aeris immutatur secundum siccum quod est in ultimo ignis. Ad hoc autem quod Avicenna distinguit inter actum naturalem et methaphoricum per quem dicit quod tangit illud addit et assimilat contingente. Non enim sufficit quod ultimum tangibilis sit cum ultimo tangentis sed oportet quod tactus illa qualitate tangibilis immutetur et assimiletur. Ad illud quod obicitur quod sensus est in puncto et ratio ad sensibilia et non est contrarium dicendum quod aliter est in sensu isto et in aliis ut expositum est. Non enim sensorium ipsius tactus est potentia ad sensibilia sed actu et forma corporis sentientis. Et ideo est corpus sentiens de necessitate sicut commixtum ex contrariis ut dicit Aristoteles in 3o de anima. Ait iste sensus est generis in commixto corpore. Cum autem nihil sit immutabile a simili sed potius a contrario oportet quod immutabile sensuum sit contrarium. Et ideo calidum simile complexioni non immutat sed potius calidum excellens. Et simile est de frigore et aliis qualitatibus tactus licet tamen simile per privationem hoc modo quo medium privatio est extremorum. Ad illud quod quaeritur de differentia complexionis et compositionis dicendum secundum Avicennam de tactu quod complexio refertur ad commixtionem membrorum similium scilicet carnis et ossis nervi et venae et huiusmodi. Compositio autem refertur ad organicorum membrorum dispositionem sicut caput et os et manus et brachium et huiusmodi. Et sic patet quod compositio addit supra complexionem.

## Tertio quaeritur utrum tactus

sit unus sensus vel plures. Et videtur quod sit unus. Probat enim Aristoteles in fine secundi de anima quod non sunt sensus praeter quinque. Si autem tactus esset plures sensus reperiretur quod essent plures sensus. Praeterea sensus tanto magis est unus quanto magis ea quae sunt ad sensum sunt unita. In tactu autem medium coniunctum est organo et ipsum medium et organum coniuncta sunt ex qualitatibus tangibilibus. Et ita videtur quod in tactu sunt unita tangibilia et medium tangendi et organum et hoc non est in aliis sensibus. Ergo tactus est magis unus sensus quam sensus alii. Item propter plura obiecta non videtur tactus esse sensus plures quia visus est apprehensivus lucis et coloris cum tamen lux et color non sint in genere uno proximo ut probatum est. Sed contra hoc obicitur et sumitur pro ratione Aristoteles libri ponit littera in secundo de anima circa de tactu. Contrarium probatur est haec. Omnis sensus unius contrarietatis esse videtur et visus albi et nigri auditus gravis et acuti gustus amari et dulcis. In eo autem quod tangitur sunt multae contrarietates scilicet humidum calidum frigidum et siccum durum et molle et alia quae sunt huiusmodi. Ergo tactus non est sensus unus. Si forte

dicatur quod in aliis sensibus sunt contrarietates multe ut in voce non solum acuitas et gravitas sed magnitudo et parvitas. Et in visu non solum album et nigrum sed etiam clarum et obscurum et congregativum visus et disgregativum. Respondet ad hoc quod omnes iste contrarietates que sunt in auditu et visu reducuntur ad unum subiectum quod est genus proximum ut in auditu ad vocem et in visu ad colorem. Et propter unitatem illius generis dicitur visus unus et auditus unus. Sed in tactu iste contrarietates non possunt reduci ad unum genus proximum. Ergo tactus erit plures sensus. Alia ratio ad illud est supponendo in quadam ratione que posset fieri secundum quod tactus unus propter unitatem organi carnis per quod est sicut super carnem que generalis est nobis et in ipsa sentimus omnia tangibilia. Contra et in contrarium sic ponatur quod circumpositum nobis aer vel aqua generaliter sicut caro tunc uno quodam communi medio sentiremus colorem sonum et odorem. Non tamen propter unitatem istius medii diceretur sensus unus visus auditus et odoratus quia secundum quod determinate sunt activa per quas aliter agit color et aliter sonus et aliter odor ita determinate sunt potentie passive medii quod secundum naturam dyaphani patitur a colore et secundum naturam vacui patitur a sono et secundum naturam rarefactivi patitur ab odore et in unitate ab odore et sic non est in carne quia ex simplici elemento non potest fieri animatum corpus sed tota caro perveniens una materia tangit omnia tangibilia scilicet mixtum mixta est ab omnibus. Cum ergo actiones activorum plures sint in genere et secundum numerum passionum in genere multiplicantur potentie passive in sensibus tactus erunt sensus plures propter plura obiecta et non unus propter unitatem carnis in quo sentiuntur tangibilia. Tercia ratio ad illud est per simile quia licet gustus et tactus in lingua fiant non dicitur idem tactus enim lingua propter diversa obiecta ergo a simili si in toto corpore sentiremus

gustabilia et tangibilia licet tunc unius organi videretur gustus et tactus non tamen esset unus sed plures propter pluralitatem tangibilium in genere. Item dicunt videntes et tangendi virtutes multe esse quarum unaqueque unum contrariorum apparet vel ut illud per quod deprehendamus contrarietatem que est inter calidum et frigidum. Iste enim sunt prime active sensus et oportet quod unumquodque genus earum habeat propriam virtutem. Sed quia diffuse sunt iste virtutes per omnia membra equaliter ideo putaverunt eas esse unam virtutem velut si tactus et gustus essent diffusi in lingua putaretur quod eorum principium una virtus esset. Sed quia divisa sunt extra linguam cognita est eorum diversitas. Item Averroys super secundum de anima dicit quod putatum est aliquando quod tactus esset sensus unus et quod caro eius esset medium cum tamen sint plures sensus. Preterea videtur hoc per rationem agentis et pacientis proporcionabilia sunt et diffinitio pacientis est per actum agentis quia agens speciem suam facit in paciente. Cum ergo sensibile et sensus se habeant sicut agens et paciens secundum diversitatem agentis diversificatur diffinitio pacientis. Sed in tactu divisa sunt agentia genere ergo diffinitio tactus secundum suum esse est plures sensus. Forte aliquis vellet dicere quod obiecta tactus reducuntur ad duo que sunt in genere uno scilicet ad tangibile et intangibile et hoc nihil est. Tangibile enim et intangibile se habent sicut privatio et habitus et non sunt contraria eiusdem generis ad que cetera contraria reducantur. Preterea secundum hoc omnis sensus erit unus sensus quia sensibile et insensibile sunt opposita ad que obiecta omnium sensuum reducuntur. Ad hoc dicunt alii quod obiecta tactus sunt qualitates per se que sunt magis simplices quam qualitates posteriores et sic magis reducibiles ad unum. Sed contra hoc est quia bene reductio vel est in superius in unum genus vel contrarii in causam unam vel compositorum

i simplex unu vel plurium in
pluribus unum Et est humidu et sic
tamen no reducuntur in calidum
et frigidu sicut i genus p^2 ergo
qu calidu et frigidu no pr^x de
humido et sicco stabilit sine gusione
Sed no reducunt i ipa sicut i cam
quia si humidu causet a calido
ppe tuc nuqz faciet a calido et
humido et sicco desicco Nec re
ducuntur ad ipa sicut compositu ad
simplex humidu enim et siccu sunt
simpliciter qualites sicut calidu et
frigidu Nec est ut reductio pg oz
in pluribus qu eque sine sicut ipse
sicut ille Preterea plus na est
causa cui gne ut hitu est qu no
reducunt ad ipa sicut cam i geng
Si forte dicat qu calidu et frigid
sunt qualites active humidu et siccu
passive Et ita sicut activum est ante
passivum ita ille sunt priores ipsis Cot
Licet activum sit prius passivo p actu
eo qu facit ipm esse actu Nichilo
minus tn activum no e prius passivo
p potencia qu activum no facit poten
tia passiva passivum enim hz poten
cia anteqz suscipiat actu agentis
Preterea humidu et siccu no di
cuntur sicut qualitates passive qu ille
no sunt active Consequitur enim siccu
humidu et ergo Ad hoc quida ora
voluerunt respondere dicentes qu tactus p
subiectam est unus sensus sed p obiecta
plures Sed contra hoc videtur
qu illa p[roba]tio est solu ut ma val
oppoti Constat qu no e bona quia
cum tactus sit potencia passiva scedaz
no hz nisi ab agente Si est e ma
tur eius aptitudo patiendi et suscipiendi
predicam ab agente et cum no sit
eadz aptitudo ad agentia sive diversa
potencia inalis no dicit una Sen
sus enim no dicit potenciaz oso in
dispositaz sed dispositaz p habitu
nature sicut visus ad colorez et au
ditus ad sonum Solutio Sm
predicta dicimus qu tactus signat
in duplici ratione scz i ratione pote
et p[ar]tis Et p qd est iudicans tangi
bilium et i ratione sedis organi p qd
est orgal Et ppt hoc ipse solus mt
sensus plurium est gnererum Cum tn sit sensus
unus p qd est sedz Sicut enim ge
neratia i plantis que ppter ca vegeta
tabilium est no est i una pte corpis
plante sed determinat totu sicut est
sedz totius extra i radice supra
ramos et virgas Nec e p unu
modu p ptes p multos gnans fo
lia ramos virgas et fructus semina
et platas sicut tactus qui e sedz per
sensu orgalis et no e ps nisi p co
paratom ad opa specialia sicut est
tactus ps gnatia vegetabilis No est
ergo tactus i una pte corpis orgalis
sed i omnibus p aliqua modu ut
musica dicit Nec e unus p plurium
gnererum apphensiis scz omni illorum
que determinant ipm corpus scz qd
est organum tactus ut nisi ondet
dicimus ergo qu tactus e sensus unus
p qd est sedz est tn plurium gnere
tarum p opa specialia Ad prim
ergo qd obiicit dicendu ex omnibus
aliis ita pz solo qu no e sile de
tactu et aliis sensibus Et no preter
sic alii sensus sunt contrarietates in gnere
qu tactus debet esse unus gnere
Ad aliud dicendu qu i veritate
p corpus sentiens sensitivi e mixtu
et tangibilibus Cuius pro e sedz
alii quia no sentius nisi excel
lens tangibiliu eo qu corpus ivem
mixtu ex tangibilibus medium ge
moru est tangibiliu Cum ergo na
mixti proportom hz ad oia mixta
bilia p unu corpus p qd tactus mixti
qui est potencia i mixtibilia plura
sentius oia mixtibilia Et cum tactus
sit sedz pfectiva illius corpus p
unu tactu p actu apphensivus
oia p mixtabilia Sicut et de i stre
scm de gnatione et corruptione
qu nil est mixtile p se nisi glu
tactus ergo p unu tactu apphen
dis omnes contrarietates tangibiliu

Ad aliud dicendum quod aliud
est in gustu et tactu. In lingua
enim gustabilis est iudicium saporis
et saporis sed quod humori non sunt ea
que insunt ad constitutionem corporis
animati. Et propter hoc licet gustus esset
diffusus per totum corpus nichilominus
differret a tactu. Sed in tangibilibus
non est sic. Calidum enim humidum frigi-
dum et siccum durum et molle grave
et leve insunt ad constitutionem corporis
animati. Et propter hoc corpus animatum unum
contactus proportionem habebit ad omnia illa.
Cum autem tactus forma perfectiva sit cor-
poris huius tactus unus existens per calidum
corporis apprehendit omnia hec. Nec
Aristoteles intendit quod tactus sit plures sed
quod sit plurium contrarietatum. Ad dictum
autem dicendum quod in virtute tactus videntur
plures esse virtutes passive vel passio
eius reducitur ad passionem organi quod est
corporis animati. Et tunc illud in virtute
est plura sicut omne mixtum est actu unum
et potentia plura. Ad dictum Aristotelis di-
cendum quod bene concedit quod tactus est plu-
res secundum opinionem. Ad illud quod obicitur
per rationem dicendum est quod proportio pas-
si simplicis ad actum simplicis etc. Et cum
unum simplex non posset habere plures
formas sic non potest illud passivum passum
recipere impressiones actionum diversarum
contrariarum. Sic est organum visus in quo
dominatur simplex elementum aque propter naturam
dyaphani et propter hoc non patitur a co-
lore et luce. Similiter est in organo au-
ditus in quo dominatur elementum simplex
quod est aer. Et similiter est in instrumento
odoratus quod licet sit oppositum tamen do-
minatur in ipso frigidum humidum. Et propter
hoc non immutatur nisi ab odore sicco
actuato calido et sicco vaporativo.
Idem est in lingua que immutatur actuatur
ab actuali humido saporoso. Sed de
talibus tenet obiectio. Sed est proportio
actus simplicis ad passivum commixti
ex multis. Et in tali proportione non sequitur
quod passivum non habeat esse unius
actus tamen ymmo plurima insensibilia

que sunt in ipso potentia habet esse
actionum diversarum proprie et genere
quia vos tactum dicimus esse unum
ut formam corporis animati et non ut
partem anime sensibilis. Propter hec rationes opposite
solvuntur tres prime rationes que probant
tactum unum esse simpliciter. Ad primum
ergo dicendum quod Aristoteles non potest esse plures
sensus quia quilibet per se unum obie-
ctorum. Et hoc bene concedimus quod tactus
habet organum unum quod est compositum
ex omnibus tangibilibus qualitatibus.
Ad aliud dicendum quod tactus in eo
quod est forma animati quod constat ex tangibi-
libus mixtis maiorem habet unionem cum
sint obiecta quam ceterorum sensuum. Sed una
potentia dividitur secundum numerum activorum
tangibilium. Et cum illa plura sint
quam in aliis sensibus potentia illa est
amplioris divisionis quam potentia
passiva simpliciter. Ad ultimum
dicendum quod licet lux non sit de natura
coloris secundum materiam, est tamen de natura eius
secundum esse formale coloris ut superius
habitum est. Et propter hoc lux et color sunt
eiusdem sensus.

Secundo queritur quid est
organum et medium in tactu.
Et videtur quod medium ipsius
debeat esse extra sic. Omne cognoscens per species
sensatum in distancia a longe non habens
contactum cum patiente est agens per medium
quod est extra. Sed tangibiles quali-
tates calidum frigidum humidum et siccum
et agunt in tactum per medium extra sicut patet
in ceteris sensibus scilicet visu auditu et
odoratu. Secunda probatur in ipso de generatione
et corruptione ubi sic dicit Aristoteles non
solum tangens calefacit ignis, aerem
enim tangens aer autem corpus calefacit.
Preterea hoc videtur per verba Aristotelis in 2o
secundo de anima in capitulo de tactu. Omnia enim
que sentimus tactu habent sic in aqua et in
aere et cum utrumque sit elementum hu-
midum superficies tangentes oportet
humefactas. Humidum enim quod est in superfici-
e tangencium est corpus et omne corpus
habet profundum. Ergo quidquid sentit secundum tactum
sentiret per corpus humidum habens profunditatem

ergo per medium exterius. Praeterea
videtur quod tactus debeat habere
medium simplex sicut alii sensus
sicut quintum est in omnibus elementis cuius
ipsum potest pati ab omnibus elementis et ab
omnibus qualitatibus eorum quodlibet
elementum quintum est omnibus elementis
ut patet in secundo de generatione et corru-
ptione ergo quodlibet elementum potest pati
ab omnibus aliis et ab omnibus qualitatibus
eorum ergo si medium in tactu sit me-
dium habet materiam unius elementi nichi-
lominus patietur ab omnibus qualitatibus
tangibilibus. Praeterea videtur quod tactus
nullum habet medium. Illa enim tangunt
quorum ultima sunt non habent aliud
medium ergo quae in tactu sentiuntur
nullum habent medium. Hoc idem videtur
per Avicennam dicentem sic ex parte tactus
est quoddam instrumentum naturale quod est
caro nervosa ex hoc quod sentit
et nervus sentit ex tactu cum vero
ibi non est medium aliquo modo. Sed
contra hoc videtur esse ratio Philosophi
in secundo de anima qui probat carnem esse
medium sicut dicit Commentator et tactus et
lingua sicut aer et aqua ad visum
auditum se habent ita se habere videntur
ad hoc quod sentiatur in organo tactus
sed illa se habent ut materia et medium
ergo caro se habet ut medium in tactu. Item
ibidem inducit aliam rationem. Sensibile
vero super organum positum non facit
sensum sensibile tactus per carnem positum
facit sensum ergo caro non est organum sed
medium. Aliam rationem inducit Commen-
tator videlicet quia possit fieri sic quod intacto
medio non potest sentire de ne-
cessitate et similiter est in aliis sensibus sed
immutata carne per tangibilia fa-
ctum est sensus ergo caro non videtur esse
medium sed organum. In quantum
aliquis vellet sic evadere. Contra
hoc dicit Commentator ponamus quod pellis te-
nuis circumextendatur nobis quae propter
suam tenuitatem faciat latere sensum. Videtur
per prius et posterius tangibile immu-
tat sensum et pellem et tactum licet
tunc similiter bene esset sensus cum immuta-

tione pellis. Et non videtur esse per
medium nichilominus esset per medium
pellem illam immutatam tactus ergo multo
magis. Et generaliter sicut natura quae est
circumextenditur organo faceret latere prius
et posterius in medio et organo nichi-
lominus tamen est per medium immutato
organum. Sed ergo necessario patitur sicut sensus
immutatur carne nichilominus tamen ca-
ro potest esse medium in tactu. Et non
videtur esse differentia nisi quia sensibilia
aliorum sensuum sentiuntur per media quae sunt
a longe tangibilia vero per medium con-
iuncta et coniuncta nobis. Aliam vero
videtur nobis aliter ponere ad hoc quod
medium et organum in tactu sint idem
numero. Sic enim differt tactus ab aliis
sensibus medium patitur a sensibili
primo et postea organum sensus patitur
a medio immutato. Unde sensibile
agit in medium et medium agit in
organum. Sed in tactu non est sic
sed una actione obiecti patitur medium
et organum sicut sic percutiens clipeum
non patitur clipeum ut clipeus prius
sensus postea patiatur clipeatum sed
una passione patitur clipeus et
clipeatum. Sed contra hoc videtur
esse quia quaecumque duo eque primo pati-
untur ab agente eodem et una numero
actione agentis sunt non distantia
per locum a se invicem medium et organum
in tactu eque primo patiuntur ab eodem
agente una numero actione agentis ergo
non distant per locum et ita videtur quod
non sunt duo corpora quia duo cor-
pora non possunt esse simul in eodem loco.
Ad hoc dicunt aliqui quod in veritate
medium ut organum in tactu non differunt
per locum. Caro enim per suam formam est medium
et per suam materiam est organum. Sed
contra hoc est quod organum non dicit
naturam sed instrumentum potentiae. Et sic
videtur quod caro per materiam non potest esse
organum sed potius per formam. Praeter-
ea organum est quod ratione mutatur
per nervum sed si stat comparatio formae
et materiae materia prius immutatur quam

fora Et ita non magis habebit cor
medium quam fora Preterea hoc est
contra auctorem qui dicit sicut non debet
putari quod sentiens est nervus tantum
sed virtus que reddit spiritum tangibilem
alicui membro quod est caro Sic enim sen
tiens est ipse nervus tantum oportet esse
sentiens in tota cute hominis et eius carne
expansum aliquid sicut sunt particule
nervosi Et hac etiam auctoritate videtur quod
nervus sit medium et caro sit orga
num non enim medium est recipere et reddere
et non instrumentum recipere tantum Item
auctor medium est quod non caro est recipere
re spiritum quantum nervus ad recipiendum illum eius
ut recipiat aliunde et extitutiva aliquo
membro mediantibus et nervus Item videtur
per auctorem quod cor sit instrumentum tactus dicit
enim sic licet sapientes in corde nervorum
sita non est tam longe quin accipiat
ab eo spiritum et reddat unum organo et
ab eo reddit cerebro et aliis membris Sic
etiam per auctorem quod intus sit humor sensus
et nullum medium dicit enim sic ex passibilitatibus
enim tactus est quod tota cutis ac
cidas toti corpori est sentiens perfectum
et non sola una eius pars Et post probationem
talem quia ipse sensus est totum corpus
conservans ab aliquibus que multum nocerent
si consistent in aliquo membrorum Ideo
oportuit totum corpus esse sentiens per tactum
ut totum removeatur ab illis per perceptionem
tactus Item auctor non oportet necessario ut
unusquisque sensus habeat instrumentum
sibi proprium sed potuit est esse unum cum
instrumento uno et passe in tactu
Solutio secundum supradicta tactus habet
duplicem virtutem scilicet fortem et potentem Et
secundum quod est fortem et profundo animati corporis
sic totum corpus habet per organo et non videtur
aliquo medio sed magis sentit in parti
bus illis que magis accedunt ad equa
litatem et magis sentit spiritum sensibilem sicut
in nervis cute et carne que autem
recedunt ab equalitate et non sentiunt spiritum
sensibilem sicut ossa et cerebrum et capil
li et cornua et ungues non sentiunt
nisi secundum quemdam modum Ex quo in de
scriptione composita sunt talia pa

niculis nervosis In quorum dissolu
tione sentitur dolor sicut circa cerebrum
et circa ossa Cum enim tactus sit sic
fortis corporis animati terminat et com
plet totam naturam suam Et propter hoc prin
cipit quantitas immutat cutem et quantitas
immutat nervum Et quo ad hoc principium
est in corde quod est principium totius cor
poris Et per fila nervorum generatur totum
corpus Secundum etiam quod tactus est medium
tangibilium in cerebro Oportet enim cerebrum
propter suam superfluitatem et humiditatem
non habeat sonum cum ab ipso diffunditur
spiritus animalis qui est principium sensuum
sicut dicit Algazel quod tactus pertingit
ad partes carnis et cutis mediante
corpore subtili quod est vehiculum animalis
quod dicitur spiritus et discurrit per concavitates
nervorum quibus mediantibus pertin
git ad partes carnis et cutis Et hoc est
corpus subtile Et non accipit neque
habuerit virtutem habitum nisi a corde et
cerebro Et secundum hoc modum ner
vus virtute recipit a cerebro et corde
et reddit carnem et cutem immutatio
etiam a tangibili sicut sit tempore de carne
et vino sed non per in carne Ex hoc
patet quia cum medium calefactum Et
sic caro quandam rationem videtur habere
quia non habet nervus ut videtur Item
valde dicit quod ad primum complicet
calidum et frigidum immutat a longe
tunc omnibus intermediis sicut sunt in ma
teria et subiecto et non sicut in medio Ex hoc
patet quia cum medium calefactum
est etiam post calefactum non prius emana
nat caliditas in medio Sic etiam non est
in colorato et aere eo quod aer se habet
ad colorem ut medium et non sicut ma
teria et subiectum Preterea elementa propria sunt
subiecta tangibilium qualitatum non autem
sunt ita esse sonorum et subiecta odoris
et saporis Et propter hoc quando aer cale
factus calefacit corpus est alio materia
et non alio medio tunc licet auctor dicit habere
ipsum quem sunt dicta inter alterum mediu
medium et actum obiecti Ad aliud
dicendum quod medium in tactu non potest esse
elementum simplex quia lux qualitas elemen
tum mutabile sicut a quolibet cum spiritus

non sentit dissimile suo organo Et ideo si organum tactus esset utriusque elementi et illius elementi qualitates non perciperet tactus Et cum debeat percipere qualitates omnium elementorum oportet quod ipsum sit ex omnibus commixtum Et hec est solucio ad tercium

**Ad secundum** autem dicendum quod duobus modis potest esse tactus in humido Uel quod expellatur humidum a superficie tangentis et tactum ut quando primum agens qualitate sua generat in humido aereo uel aqueo et postea agit in tactum et non absque medio ut dictum est Et utroque istorum modorum tactus non est perimentum extra sed intra **Ad illud** quod obicitur quod tactus ultimum habet medium iam patet solucio tactus enim propter hoc quod non tantum est potencia sed etiam forma animati corporis apprehendit in omnibus partibus sive medium sit tempore et non unam prius et aliam posterius sed tamen in comparatione ad obiectum naturaliter prius immutatur caro quam nervus quia vicinior est obiecto agenti in tactum Et per hoc patet solucio ad dictum dicitur Et ad racionem aliis dicendum quod in virtute maiorem racionem medii habet caro quam nervus sed non est medium quod prius immutatur tempore sicut etiam ibidem dictum est **Ad aliud** dicendum quod in virtute posito tangibili super nervum sit subtilissimus tactus dissimiliter enim se habet in tactu et in aliis sensibus Et quod dicitur quod neque in tactu neque in aliis sensibus sensibile super instrumentum positum sit sensus non potest intelligi nisi de cerebro tactus enim secundum quod est iudicium tangibilium fluit a cerebro et cerebrum in se non habet tactum licet in pannicolis sensibus tamen non sentiat tangibilia **Ad aliud** dicendum quod caro quidem racionem habet medii ut dictum est **Ad aliud** dicendum quod aristoteles non intendit quod organum et medium in tactu sit idem non quantum ad materiam sed quantum ad formam forma enim carnis et nervi est sensus tactus et propter hoc quod una forma

unitur carni et nervus una cum ante immutantur licet unum per alterum immutetur Et propter hoc unum sicut medium et aliud ut extremum et organum sunt et licet una passione perficiantur tamen perficiuntur et participant tamen participat parti per participacionem et non totum Et sic participat parti in racione medii et participat in racione extremi Et per hoc patet solucio ad aliud quod contra obicitur et improbacione non solucionis inducte bene concedimus **Ad duas** autem rationes dicendum quod tactus duas habet operaciones Una habet per quod recipit virtutem tactivam Et quia virtutem illam recipit a corde et cerebro propter hoc propter hoc et nervos sicut nervus erit per hoc recipiens et illius reddens virtutem cordis et cerebri Et quo ad hanc comparacionem loquitur avicenna Alia habet operacionem quo ad recipere tangibilia per immutacionem et secundum materiam pellis et caro erit primo recipiens et ultimus nervo reddens Et loquitur racio Tres autem rationes non concedimus que loquuntur de tactu secundum quod est forma corporis animati quia per hoc sicut certa membra generantur a corde a virtute informativa ipsius cordis sic etiam forma ipsorum membrorum principaliter affluit a corde et per hunc modum etiam tactus non debet sibi ponere principalem in corpore

## Quarto et ultimo queritur

quid sit tangibile per se dicatur autem quod per se qualitates scilicet calidum frigidum et sunt tangibilia Cum autem sint quedam qualitates contingentes has quas enumerat aristoteles in secundo de generacione et corrupcione et in quarto metheororum Sicut enim dicit in secundo de generacione et corrupcione Eorum que sunt tangibilium contrarietatum dividentur que primo sunt et generantur Sicut autem qualitates secundum tactum hec calidum frigidum humidum siccum grave leve durum molle grossum subtile Queritur ergo utrum omnia ista per se sensibilia sint per sensum tactus uel non primo Et videtur quod non primo Cum enim sensibilia sentiantur

o
scdm quod ipa est ergo si ipa non est
prima non sentit primo Sed tunc itera-
tio sunt prime nisi quattuor due active
et due passive ergo videtur quod omnes de-
gustates sentiantur partibus eorum et hec
est doctrine quidam Sed contra
in coloribus sic est quod medii colores co-
stituuntur ab extremis et tamen non senti-
untur per extremos Preterea quicquid
agit actu hoc est actu de nativitate
ergo si gustus agit in sensum actu de nati-
tate erit actu qualitates prime
quod falsum est Preterea queritur de quibus-
dam aliis que sentiuntur sicut est sensus
divisionis continui in dolore passionis
et sicut est sensus delectationis in tactu
aliquo sic est in coitu Utrum ista
sint tangibilia per se aut non Et videtur
quod per se quia si dicatur quod calidum hoc
dicitur per calidum aut frigidum humidum
aut siccum Et patet quod hoc falsum quia
ille qualitates que sentiuntur in corpore
divisio est in genere in genere doloris
sentiuntur inequaliter Secundo non
dicendum quod multa sunt tangibilia que
sunt qualitates transsubstantiales aut genus mix-
tum ut supra dictum est Secundo omnes
ille qualitates sentiuntur a tactu ut
sunt unum contrarietatem et motum ad
ipsum Cum aut sint recepte et quasi
solite tunc non sentiuntur Et ut hoc in-
telligatur repetendum est quod dictum est
scilicet quod tactus est sensus et actus animati
corporis anima sensitiva Dicit enim
Aristoteles in secundo de anima quod medie est se-
nectibus propter sensibile primum et quod primum se-
nsibile tactus est Cum ergo corpus ani-
mati complexionem habeat in mediis sensibus
et compositionem in mediis dissensibus erit
tactus potentia secunda talis in qua
est complexionatum in sensibus et compositum
in dissensibus Ex hoc iam patet solutio
duarum questionum que solent fieri de ta-
ctu scilicet quod homo est melioris tactus ce-
teris animalibus Et quare molles carne
tactu bene apti sunt mente et ingenio
homo enim in complexione magis acce-
dit ad equalitatem Et propter hoc mini-
mas differentias tangibilium recedentes

ab equalitate subtilissime sentit
hoc ad equalitatem sue complexionis
Quilibet mollicies carnis equalitatem
maiorem indicat complexionis Et enim
nobiliori complexioni nobilior
est dispositio mentis Et propter hoc
molles corpore apti sunt mente Ex
hoc etiam patet solutio trium questionum que
fiunt a physicis quare homo tactu habet per-
tiorem quam alii sensus Alia vero
animalia econtra In homine enim comple-
xio corporis accedit magis ad equa-
litatem Et propter hoc nunquam est ut pa-
tet corporis sui ordo deputetur a na-
tura elementali simpliciter Cum ergo organa odora-
tus sit de natura elementali simpliciter in ho-
mine enim est depurata Et propter hoc
alios sensus habebit obscuriores quam
tactum In aliis vero animalibus quod econtra
accidit a temperamento si magis accedunt
ad frigidum genus est ut magis claudi-
tur in odoris Et si magis accedunt
ad calidum siccum genus est ut magis
subtilietur eorum odoratus Vel illud ex
hoc patet solutio questionis quare homo sapi-
entissimum animalium est Bona enim
dispositio in tactu bona dat dispositionem
simpliciter et in toto et in mixtum corporis
est organum eius Sed bona dispositio
in organis aliorum sensuum non dat
nisi bona dispositionem secundum quid et secundum com-
parationem ad unam partem eius Preterea
bona tactus subtiliter tangit causas
omnium sensibilium que sunt qualitates sensibiles
Sed alii sensus non cognoscunt nisi
unum sensibile tamen dicimus ergo quod ta-
ctus scilicet quod est tactus complexionati
corporis cognoscit et sentit omne quod
est extra complexioni et genus illi patet
est in motu de ipsa Et sic sentiunt cali-
dum frigidum humidum et siccum et ce-
tera que sunt dissentia complexioni corpus
tangentis Dico autem quod sunt est in motu
quia multi prohibet aliquis calorem
innaturalem non sentire si receptus sit
in complexione quasi naturali contra calor
innaturalis vincat naturalem et factus est
quasi naturalis et febricitans in febre
[illegible] [illegible] sentit calorem
suum et tamen [illegible] hoc de calore eius
ille quia in eo calor naturalis non est

uicturus sed calor subtilitatis est in
motu et pugna ad calorem com
plexionis. Secundum autem quod tactus est
perfectio corporis compositi in mediis dis
stantibus sic sentit omne illud quod est
dissolutivum continuationis talis corporis
et quod est conservativum ipsam; et ideo sensus est do
loris in verberibus et sensus delectationis
in coitu. Sensus autem delectationis au
getur eo quod sentiunt subtilissime
tangentes nervos. Et hinc patet solutio
ad totum preter primum. Et ad hoc dicen
dum quod in illo argumento est fallacia ac
cidentis. Et illud quod obicitur in contrarium
est necessarium et solvit secundum Sc̄hs. Ex
que habita sunt patet quod sensus delectationis
inferior est delectatione et doloris in
gustu. Dolor non est nisi in tactu ut
dicit Auctor. Cum enim visus videt
pulchrum delectatio non generatur in po
tentia visiva que affixa est oculo
sed potius in anima apprehendente pulc
tudinem rei vise. Et similiter est de au
ditu et de odoratu. Et ideo cetera
animalia ab hiis non multum delectantur
delectationibus colorum et sonorum et
odorum. Gustus autem quandam habet dele
ctationem sed non est proprie ipsius sed potius
saporis tactus et sensus obiectum
habet dolorem et delectationem in se. Et
propter hoc ipse solus proprie delectatur et do
let. Alii autem omnes per accidens. Unde
est etiam quod dicit Aristoteles in quarto metheo
rorum quod castitas non est in gustu
in quantum iudicium est saporis sed ipsum
tamen est quidam tactus et instrumentum
et tactus videtur esse tangibilium dissi
milium sibi; similiter medium videtur esse
extremorum excellentium. Et illud
instrumentum antequam tangat potentia
est sic tangibile et cum tangit sit actu
huiusmodi. Et hoc est quod dicit Aristoteles secundo
de anima capitulo de tactu: illud quod sen
timus hoc quod sentit tangere in quo vo
catur est sensus potentia et potentia huiusmodi pro
est. Sentire enim quoddam est pati. Quare
patiens quale est ipsum huiusmodi; illud
autem sic potentia tale, verum similiter ca
lidum frigidum durum et molle non

sentimus. Sed excellentiarum tangibilium sensus
ut materia quadam existente in sensibus
gtuet̄s. Et propter hoc dissimile sensibilia
medium enim discretum est sufficit enim ad
utrumque horum ipsum alterum. Ultimo
notandum quod sicut contingit aliorum sensuum ita
tactus est tangibilis et non tangibilis.
Et non tangibile dicitur tribus modis scilicet aptum na
tum tangi et non tactum vel corrumpens
tactum propter excellentiam sicut calidum ignis
vel parum habens tactum sicut aer.

## De omnibus sensibus simul et de sensibus in communi. Et primo de potentia sensuum an sit activa vel passiva.

Habito de sensibus in particulari queren
dum est de sensibus in genere. Et queruntur quatuor
quorum primum unum est de poten
tia sensuum, de divisione sensuum et quale
sensibilia sunt in suis obiectis et mediis
et organis, de divisione etc. quarto an omnes sensus
susceptibiles sunt sensibilium specierum sine
materia et utrum quinque non sunt sensus
preter quinque. Ad primum proceditur sic.
Dicit enim Aristoteles in quinto metaphysice quod potentia
est principium transmutationis in alio secundum
quod aliud est. Et hec diffinitio convenit po
tentie active que est principium transmuta
tionis in aliud quod est passum. Potentia autem
passiva est principium transmutationis ex alio
quod est activum. Quod sit sensus potentia
non est potentia activa eo quod sensus
nil transmutat sed potius transmu
tatur ab obiecto; ergo relinquitur quod sensus
sit potentia passiva. Item expresse dicit
Aristoteles in 2o de anima quod sensus est pati et
moveri quoddam. Item omnis potentia que
fit in actu per susceptionem forme alicuius agen
tis in ipsam est passiva; sensus est potentia
huiusmodi; ergo sensus est potentia passiva.
Sed quia hoc omnes concedunt, obicitur
in contrarium sic: illa que se habent ut activa
et passiva ad se invicem quorum
eadem est materia et forma contraria; ergo si
sensus et obiectum se habent ad invicem
ut activa et passiva, sed sensus non est
potentia nisi ab obiecto sit passiva,
est ergo videtur quod sensus non sit potentia
passiva. Item quorum est impossibile

transmutatio ad inuicem illorum neu-
trum est passiuum ad alterum ut patet in libro
de generatione et corruptione, sed sensibile
et obiectum et corpus habens transmutatio ad
inuicem ergo neutrum illorum est ut po-
tencia passiua ad alterum et unum respectu alte-
rius quare quod sensus non sit potencia passiua
Si forte dicatur quod pati intelligitur dupliciter
scilicet recipere sine transmutatione substan-
tie et recipere cum transmutatione substantie et
sensus dicitur hic potencia passiua eo quod re-
cipit impressiones agentis sine transmu-
tatione substantie sue **Contra** Sensus
non est tantum in recipiendo speciem obiecti
sed etiam in iudicando Iudicare autem aliquid
agere est ergo videtur quod sensus sit potencia a-
ctiua et non tantum passiua Item ex parte
voluntatis dicitur non tantum est intellectus passibilis
qui recipit species sed etiam est actiuus in-
tellectus qui abstrahit intelligibiles species
et coniungit cum possibili ergo videtur quod
ex parte sensuum necesse est esse potenciam
actiuam que abstrahit sensibilia et con-
iungit cum potencia receptiua sensibilium
**Preterea** queritur iuxta hoc locum potencia
passiua sensuum per alterationem et motum
deuenire in actum uel sine alteratione
et motu Et videtur quod per alterationem
dicit enim Aristoteles in 2o de anima quod sensus videtur
alteratio quedam esse Item ibidem distin-
guit inter mutationem que est ex potencia
in habitum est vera alteratio Illa vero que
est ex habitu in actum est alteratio quedam
secundum quid verbi gratia cum ex igno-
rante fit sciens est alteratio vera cum ex
sciente fit considerans est alteratio secundum quid
Cum ergo sic fit quod de non sentiente fit sentiens
videtur esse alteratio simpliciter sicut etiam videtur
dicere **Sed contra** quodcumque alteratur
est diuisibile cum potencia anime que dicitur
sensus nec est diuisibilis nec quanta ergo
nec simpliciter alteratur patet hoc ex 6to
physicorum ubi probatur quod nihil est mobile nisi
corpus Secunda probatur in secundo de anima ubi
dicitur sicut tota anima est perfectio totius cor-
poris ita partes anime sunt perfectiones parti-
um corporis partes autem potencie sunt et quan-
tum non potest esse perfectio quanti **Solutio**
dicendum secundum sententiam philosophorum omnium quod sensus
est passiua potencia et quod pati dicitur ut

supra dictum est in obiectione scilicet recipere
cum transmutatione substantie et sine trans-
mutatione sensus autem dicitur hic potencia
passiua non quod recipiat formam que
transmutat substantiam suam secundum esse sed
potius transmutatur in speciem sensibilem
secundum intentionem Et sicut supra notatum
est hec potencia tres habet gradus sicut
etiam potencia sciendi dicitur etiam potencia
sciendi sit in puero Et hec potencia dicitur re-
mota et materialis et imperfecta et in-
disposita Et alia potencia sciendi in di-
scente non dum habente habitum qui tamen iam
cognoscit principia propria Et hec potencia
disposita et propinqua Tercia autem
dicitur potencia est que est composita
per habitum perfecte sicut est potencia actu
scientis Et hec dicitur potencia composita
per actum Similiter est in sensu quando autem potencia
anime coniungitur cum organo tunc est
potencia prima ad sensum quando vero dis-
positio fit per spiritum et calorem naturalem
et armoniam organi tunc est potencia
sensus in secundo gradu Quando vero habet speciem
sensibilem tunc est potencia composita
per actum **Ad primum** dicendum quod
actiua et passiua ad inuicem philosophus
sic probat quod ipsorum est materia una
et forme contrarie sed talis modus
agendi et patiendi non est in sensu
et sensato et propter hoc ibi sufficit ut
unum sit ut recipiens et alterum ut
agens secundum speciem ut ita dicatur Et
per hoc etiam patet solutio ad sequens quia
illa actiua et passiua transmutantur
ad inuicem que agunt et patiuntur physice
**Ad illud vero** quod obicitur de iudicio
sensus quidam concedunt dicentes quod in
iudicare sensus non est potencia passiua
tantum sed etiam actiua sed quia hoc non
est dictum auctoris qui generaliter dicit
sensum esse potenciam passiuam dicendum
est omne quod recipit ut dicit Boethius re-
cipit secundum potenciam patientis et non secundum
potestatem agentis Et propter hoc forma sensibilis
recepta in sensu recipitur secundum potestatem sensus
sed potestas sensus est iudicatiue et nun-
ciatiue de ipsa et sic etiam dicitur quodammodo
Secunda solutio est quod sensus secundum quod est
potencia materialis non est iudicatiue

neque agere sed sensus compositus per
actum speciei sensibilis agit et iudicat
sicut etiam dicitur in physicis quando est in potentia
incompleta neque movet neque agit
sed quando est composita per actum for-
mae et movet et agit. Et hinc
non contradicunt auctores quia iste est
talis gradus potentiae quae ponitur
et est potentia sicut scientis ad conside-
randum qui bene potest agere quando vult. Ad
aliud dicendum quod generans intel-
lectum secundum actum non est in rebus quod aliter
non generaret formam intellectum secundum sensum
sensibilium in actu in rebus est sicut lux
facit actu colores sensibiles et mo-
tus fractionis aeris facit actu sonos
et calidum vaporativum in mixto odo-
rifero facit actu odores humidum
et secundum actum penetrativum ad ner-
vum gustativum ad linguam facit actu
sapores et qualitates et tactus per se ipsas
agunt in tactum. Et propter hoc alterum sen-
suum non potest esse in potentia solum. Ad
illud quod arguitur contra hoc scilicet quod
sit alteratio in sensibus dicendum ad hoc
quod quinque exiguntur ad hoc quod sit vera
alteratio in aliquo eorum. Primum est
quod qualitates mediante quibus est alteratio
sint contrariae activae et passivae admi-
nistrae vel in se vel in suis causis. In se
sicut calidum frigidum humidum et siccum.
In suis causis sicut album nigrum dulce
amarum. Secundum est quod ille qualitates
habeant medium vel secundum intensionem vel
remissionem vel similiter secundum quem modum
sumitur medium ab Aristotele in physicis ubi dicitur
quod medium est in quo venit prius mutans
quam in extremum. Tertium est quod actio et
passio qualitatum contrariarum mediante quibus
est alteratio magis/ facta est vel intensa
et abiciat illud quod alteratur a sua specie
sicut calidum removet aquam a specie
aquae. Quartum est quod illud quod alteratur
sit subiectum qualitatum contrariarum sicut corpus
et divisibile. Quintum est quod ille
qualitates mediante quibus est alteratio sint in
subiecto illo secundum quod est quantum et di-
visibiles per accidens divisione ipsius

Et ex his patet quod intellectus perfectio et ha-
bitus non est vera alteratio physica. Unde
quod dicitur esse alterationem intellectus de al-
teratione secundum quod dicitur sub de generatione
et corruptione scilicet quod alteratio est quando subiecto
eodem manente motio mutatio est in
suis passionibus et qualitatibus. Et ideo et
distinguit Aristoteles dicens quod mutatio quae est
de ignorantia in scientiam vel de privatione
in habitum et de non sentire in sentire
et alteratio similiter mutatio de alteratione secundum
diffinitionem sui generis et non de alteratione
physica. Et ideo etiam dicit quod quando habitus mu-
tatur ad actum sicut sic considerans vel senti-
ens in habitu sentit in actu non est alteratio
similiter vel alterum genus alterationis. Pro tanto
dicit hoc quia cum sciens considerat
non mutatur in aliud habitum secundum habitum
quod exigitur in alteratione in genere sed potius
confirmat et salvat eundem habitum
per frequentem actum. Et per hoc patet solutio ad totum.

**Secundo quaeritur de distinc-**
tione sensibilium et quale sen-
sibilia divisione sint in suis
subiectis et mediis et organis. Distin-
guitur et sensibile ab Aristotele triplicater.
Trium duo dicuntur sentire per se unum
et per accidens. Duorum et quae per se se-
cuntur aliud quidem proprium est uniuscuiusque
aliud vero commune omnium. Dico autem proprium
quod non contingit ab alio sensu sentire
et non contingit errare ut visus coloris
et auditus soni. Communia autem sunt quinque
quae motus figura numerus et magni-
tudo. Secundum accidens autem dicitur sensibile ut
si album diaris filius. Commune autem acci-
dens hoc sentitur quoniam diaris filio acci-
dit album quod sentitur per se. Obiciatur
autem contra hanc distinctionem sic quicumque
per se facit aliquid per se facit illud quod
si aliquid per se facit sensus per se facit
sensus eo quod in ipso Aristoteles omnes motus
animalis secundum nullum sensibilium per se facit
sensum quod nullum sensibilium est sensibile
per se. Praeterea per rationem eius quod est per se
per se et illud quod non indiget
alio ad hoc quod sit. Et per se est sensibile
quod non indiget ad hoc quod faciat sensum

Similiter hec propositio super qua supputatus
est plato probando animam esse immortalem
quia quod per se movetur semper movetur et sensitiva
sic habet quod anima per se movetur Item sensibile
per se habet ad sensum ut activum ad passivum
Activum non habet per se esse nisi ad unum
passivum ergo per se sensibile non erit nisi unius
sensus Et sic videtur falsum dicere philosophus
In hoc quod dicit sensibile commune esse per se
non sentiatur a pluribus sensibus ut ipse
dicit Preterea in secundo de anima dicitur quod
in unoquoque sensu percipiuntur sensibilia communia
ergo secundum actus ut motum statum
figuram magnitudinem et numerum et ita
videtur sibi contrarius Preterea sensata
communia quinque sunt sensata aut propria non
sunt passibiles qualitates que inferunt
passionem in sensu per se sensata autem per
accidens existunt ut dyarus filius in quo
non videtur esse extremum nisi singulare sibi
et cuius quod est ad aliquid Cum enim
multa sint singularia aliorum preter
certum quo sensu illa cognoscuntur
videtur enim sensus ad illa deficere Preter
ea dicit aliquis singularia sentiri tale in
celo sed multa sunt singularia sicut
angelus et anima de quibus nullum
habemus ergo videtur quod non omnia singularia
sint sensata ut aliquis sensus deficit
nobis Preterea sensibile commune est ut
dicit philosophus quod uno quoque sensu ut pluribus
sentiatur ad quod nulli sensui apparet
hoc videtur esse falsum Sensus enim communis
de quo mentio habebatur est quidam
sensus celi ut habetur in libro de somno
et vigilia et ille est sui sensibilis
per se quod est sensibile commune ergo videtur quod sen
satum commune aliquis sit sensus per se proprium
Disputabantur autem de sensibili communi ipsa
in questione de sensu communi certum ergo circa
hoc secundum quem modum sensibile habet
esse in obiecto et in medio et in sensu
Primo autem quod in obiecto habeat esse formam
naturam Secundo sensu autem habet esse intentionis
Et nota intentionem propriam que proprius
est cognitionis sensibilis ergo videtur

quod in medio habeat esse medio
Preterea philosophus videtur dicere in secundo
de anima quod dubium potest esse utrum
aliquid patiatur ab odore quod non
habeat olfactum et a colore quod non
habeat visum Et videtur ponere rationes
ad hoc quod nihil patiatur a sensibili nisi
sensus Contrarium prima est hec si quod
est ipsius olfactus odorem sentiat contrariam
impossibile habere olfactum nihil possibile
pati ab odore Sensus huius ratio
est hec quelibet potentia propriam pas
sionem habet per cuius actum ipsa differt
illa passio non agit in potentia alia
sensus tales non sunt potentie quibus diffi
mittunt per sensata sensibilia ergo videtur quod
illa sensibilia non agant in potentias
alias cum potentia habeat differentiam
suo actu quod non ait tunc propria passio
istarum potentiarum Secunda probatur
per hoc quod in potentiis passivis actus sunt
prius potentiis secundum rationem et diffe
ta sunt prima actibus Alia ratio
ad idem quod sensibile activum sensu dete
rminatur ad sensum sicut combustibile ad
combustivum et ita videtur quod non in
ferat passionem nisi sensui Tertia
ratio est quia manifestum est quod
quod lumen neque tenebra neque
sonus neque odor

Hic non est defectus

Nec sonus neque odor nullum facit in corpore sed in quibus est aer qui cum tonitru scindit lignum Ex his videtur quod sensibile nullo modo sit in medio **Sed contra** id quod nullo modo est in aliquo nullo modo agit in illo sed sensibile agit in medio ergo aliquo modo est in illo Solutio dicendum quod sensibile dicitur tribus modis ut supra dictum est Et sensibile per se dividitur in proprium et commune Per se autem duobus modis dicitur scilicet quod est oppositum ei quod est per aliud Et quod dicit philosophus quod est sensibile per se est commune et proprium accipit per se prout opponitur ad per accidens Et propter hoc sic ordinanda est divisio quod quoddam est sensibile per se quoddam per accidens Et sensibile per se quoddam est commune et quoddam proprium Unde sciendum quod per accidens dicitur duobus modis Dicitur enim oppositum per accidens subiecti et oppositum inmediato Dicimus enim Sortem esse album per accidens eo quod subiectum non est albedo Et similiter dicimus Sortem per accidens esse animal rationale mortale Non quod ipse subiectum non sit animal rationale mortale sed quia hoc inmediate non convenit ei scilicet inquantum Sortes sed inquantum homo est Sic etiam dicit philosophus quod habere tres angulos equales duobus rectis accidit ysoceli et per se in triangulo **Notandum** ergo ad hoc quod aliquid sit sensibile per se et proprium tria exiguntur scilicet quod non sentiatur alio sensu per se quia circa ipsum non contingit errare sensum cuius est sensibile Et quod substantia sensus illius organi apta nata sit pati ab illo et non ab alio sicut visus colorum quem non contingit sentire per se auditu vel olfactu vel aliquo alio sensu et circa colorem non errat visus. licet enim circa compositionem coloris cum subiecto vel divisionem ipsius ab ipso contingit error cum circa colorem nullus est error Visus enim super rubeum dicit rubeum compositionem autem cum hoc subiecto quod est aurum

Non est visus sed sensus communis ut infra habetur Et circa illa compositionem et divisionem frequenter contingit mentiri Multi enim crediderunt cuprum esse aurum et multi fel mel putaverunt eo quod citrinum est utrumque Similiter organum visus non immutatur nisi a colore et non a sono vel odore et de aliis similibus Sensibile vero per accidens dicitur hic oppositum ad substantiale Substantiale enim sensibile quod ex sui forma facit sensum Unde per accidens est id quod non facit sensum ex sui forma sed potius coniungitur in eodem subiecto cum illo quod per se facit sensum Sicud album per se est visibile Illud autem quod est cum albo in eodem subiecto per accidens sentitur a visu Sicut dicit philosophus quod visus per accidens sentit dulce quia album est dulce Et visu per accidens sentimus filium Dyarrii corporis **Ad primum ergo** dicendum quod per se dicatur hic quod non indiget aliquo ad hoc quod agat in sensum eo quod ipsum est in actu et actu forma agentis per se ipsum Et de hoc non sequitur quod semper per se agat sed quod per se agit quantum est in ipso Plato autem appellat per se movens quod intra se habet movens et mobile in una essentia Et hoc intellectum est ut supra ostensum est **Ad aliud** dicendum quod sensibile commune per se est sensibus communis secundum quod per se dicitur in recto quod non alterius facit sensum proprium autem est sensibile proprium Sicut visus qui proprie primo et per se accidit albedini et per consequens accipit figuram et magnitudinem albi quia in magnitudine albedo est sicut in subiecto **Ad aliud** dicendum quod cum dicit Aristoteles quod sensata communia sentimus per accidens secundum quod oppositum substantiale sensibus propriis non accipit substantiale nisi esse albedinem esse in magnitudine

Que e subiectum albi et acci/
dit s^m accidens put oppositum ad
incantu configurata eum et ma/
gnitudine non sentimus sensu
pro incante gratia sui s; gratia
sensib' proprij inventi in figura et
magnitudine. Ad aliud
dicitur quod in vite multa sunt se/
nsibilia que non sunt per se sensibilia sicut
omnia similia sibe minimis sibe sic
et sunt in ente quali sensibilibus
sensibilia et in ente sensibiliter coniuncte sentiuntur
sensu et singularia sibe spualia
sicut angelus et aia in entibus
sunt motus passionis sentiuntur sensu
communi et sensu proprio. Motus enim per se
e sensibilis sensibus communibus et passionis
proprij. Similia vero aliorum predicatorum
sicut quantitas quando ubi positio sive
situs sentiuntur sensu communi et proprio per
accidens n. sensibilibus quibus in entibus
que sunt sensata per se. Singularia
aut qualitates communes ad habitum et
dispositionem ad nale potentiam et impotentiam
passionis sentiuntur per se in ente
motu passio aut et passibilis qualitas
tas per se sensibilis e. Et sensibilis et actualis
aliquid constans figura per se sensi/
tiva communia et similia aut adaquest
et facere et pati et habere passionis sen/
tiuntur in entibus sensibilibus cum quibus co/
niunguntur in eode subiecto. Nota/
dum quod quidam omo aliter sol/
uit dicens similia e intelligibilia
nullum simile e sensibile passionis non
simile sibe et adaliquid. Sed quod hoc
non concordat cum auctoribus qui dicunt
intelligibilia omnia abstrahi a fanta/
smatibus et fantasmata sunt a sensibus
intus quod perceptio sensibus erit dempnato
sensibilis illius sensibus. Dicimus enim simile
aliquo esse sensibile per se vel passionis ut
prius dictum e. Ad aliud dicitur
quod sensibus communibus prius e sui sensibilis quod

Est sensitivum per se. Sed communis dicitur quod
proprius communis sentit omnia sensibilia
propria et alijs rationibus quibus dicitur quibus que
infra ponentur loco proprio. Et propter hoc
non e communis quod sensibus quibus dicantur proprius
Ad illud quod queritur utrum hoc quod
in vite in rebus sensibilibus quod sit per me/
dium extrinsecum sensibile aliud sibi esse
in obiecto in medio et in sensu
In obiecto n. habet esse materiale. In sensu
aut habet esse spuale tantum. In medio
vero sensibile visus e ut in materia sicut
sup expeditum e in questione de visu
s; sensibile auditus secundum suum esse e
in medio sicut in aere ut in materia
non tamen agit in auditum actione
materiali s; actione medij. Et similiter
et de odore. Et ut hoc intelligatur
Notandum quod actio propria medij
et actio qualitatis transmutatiua
materiam materialiter saltem violenter vel si
non transmutat materiam tamen dispositionem
eam secundum qualitatem propriam. Et propter
hoc actio habens materiam colorum ut me/
dium non agit actione medij secundum co/
lorem quod nichil colorat. Similiter
habens sonum non agit actione materiali
secundum sonum quod non quod movet non
facit sonare s; secundum motum viole/
ter agit actione materiali quod aer im/
pulsus a tonitruo scindit ligna
Sed actione medij et non actione medij
agit in sensum. Facit enim sensibile in
actu per sensibile quod e in ipso ut in
medio. Et per hoc sensibile quod e in medio
non e nisi in potentia. Et secundum quod e
in materia et in sensu e in actu. Aliud in
sensibile ut in materia e in uno aliquo
et in medio sicut sup de singulis
est expeditum. Et hoc e quod dicit
philosophus quod color sonus et odor in
aere sunt sicut in transitu et in via
In sensu aut et obiecto secundum actum
quia sensibile et sensus e unus actus ut
dicit philosophus ut infra dicetur. Et per hoc
patet solutio ad 3^m rationem philosophi quod
tamen sunt de sensibili quod e per medium

Extraneum quam sensibile in medio non
et nisi secundum potentiam et via et transitum
Et si est in medio ut in materia tunc
medium est in esse obiecti et non in
esse medii et tunc sensibile in ipso est
actu Duo autem sensus qui sunt per
medium intra hunt sensibilia quia actu
sunt et in obiecto et in medio et in
organo Et sensibilia illorum esse spiri-
tuale acquirunt et per spiritum animale
apprehendentem et deferentem interiores
partes sensibilium ad cerebrum Et hec patet quia
intentio calidi per spiritum attractiva
animalem ab origine tactus non ca-
lefacit cerebrum Et patet ex dictis solutio per hoc
ad ultimum

**Sextio queritur quarto utrum sensus**
in genere susceptivus sit
sensibilium specierum sine materia hec
enim dicit philosophus 2o de anima circa finem
et dat simile Sicut cera recipit fi-
guram anuli sine materia anuli que
est ferrum vel aurum Et sicut ceram reci-
pit figuram sigilli Et hoc est probatur
per rationem Natura enim colorum res co-
lorata est ut lapis vel equus que res
non recipiuntur in oculo. licet species colorum
equi vel lapidis in oculo recipiantur et
similiter est in aliis sensibus **Sed contra**
hec obicitur Sicut universale et singulare dicuntur
quia universale est a forma et singulare a materia
sicut sensus singularium que sunt cum materia
et appenditiis materie non ergo erit recepti-
vus sensibilium specierum sine materia **Item**
dicit Avicenna in metaphysica sua
quod omnis forma est universalis et non
particularis nisi per materiam Sed sensibiles species
sine materia est forma non quieta materie ergo
est universalis ergo si sensus recipit sensibiles species
sine materia sensus recipit universalia **Preterea**
intellectus abstrahit a sensibilibus Aut ergo
abstrahit ab ipsis sicut a particularibus
aut sicut a materia Si sicut a materia tunc
sensibilia non erunt sine materia Si sicut
a particularibus tunc sicut particulare semper
sit quietum materie secundum id quod prius
Si forte vellet aliquis dicere

Quod hec locutio sensus est susceptivus
specierum sensibilium sine materia est duplex
ex eo quod hec determinatio sine materia
potest determinare hoc ipsum quod dico sen-
sus vel participium sub intellecto sicut
sensus ens sine materia est susceptivus
specierum sensibilium et locutio est vera
vel potest determinare hoc ipsum quod di-
co sensibilium specierum et ipsa est falsa sub
hoc sensu Sensus est susceptivus sensibi-
lium sensibilium existentium sine materia Sed
hoc expresse est contra philosophum qui accipit
eam in 2o sensu Dicit enim michi
valent similia sua de anulo et si-
gillo supra inducta **Preterea** si in
hoc concedere quod sensibilia in sensu erunt cum
materia Et cum sensibile non est materia ex quo
sit quod ipsum est qualitas sine materia in
qua est ex quo est obiectum. oportebit
quod ipsum obiectum esse in sensu et animus
esset in sensu et quod ipsum aliud hoc sic
secundo vel contra quod expresse patet secundum philosophum
**Preterea** Aristoteles dicit quod illud
oportet accipere de omni sensu ergo et
de tactu et de gustu Sed ipse dicit
quod tactus sensibile suum non apprehendit
a materia Color enim secundum esse materiale
est in tactu Et videtur contra **Item**
videtur quod non conveniat soli sensui
sed etiam sensui fantasie Species enim non
sunt nisi sensibiles vel universales eo quod fan-
tasia est motus a sensu secundum actum sensibilis
ergo fantasia erit susceptiva sensibilium
specierum sine materia et non solum sensus **Pre-**
**terea** supra [illegible] circa hoc vult sensitivum et sensibile
idem sunt actu Et videtur quod sic
Quorumcumque enim est una species et for-
ma unum et idem actu. sensitivum et sensibile
hunt unam speciem et formam ergo sensitivum
et sensibile sunt unum actu Prima probatur per hoc quod
intellectus est actu nisi per formam et speciem
et per eandem speciem et formam est idem
actu Et per diversam formam et speciem
erit diversum actu. 2a autem expresse patet
hec quod sensus est susceptivus specierum
ipsorum sensibilium et non aliorum **Item**
dicit philosophus in fine 2i de anima expresse

Sensuum quod et sensibilis actus idem
est et unus, esse autem ipsorum non idem.
Postea ponitur ad hoc ratio philosophi quas
ibidem ponit quarum prima haec est
Omnis motus movens est in moto secundum
actum sed actus moventis motus est et similiter
actus moti motus est ergo similiter movens
et motum sunt idem actu. Sed sensibile ad
sensum se habet ut movens et sensus ut mo-
tum ergo sensus et sensibile sunt idem actu
Aliam rationem ponit ibidem quae talis est
Actio agentis in patiente est sed actio
est actus agentis ergo agentis actus est
in patiente secundum id quod est in patiente
ab agente est actus patientis ergo actus
agentis et actus patientis sunt idem
Et agens et patiens sunt idem actu
Sed sensus et sensibile se habent ut agens
et patiens ergo sensus et sensibile sunt idem
actu. Tertia ratio sua est per exemplum Acci-
piamus enim sensibile secundum actum id quod
actu agit in sensum et sensum secundum actum
id est qui actu sentit Verbi gratia In
auditu actus sensibilis est sonatio immu-
tatio auditus secundum actum Actus vero sensus
est auditio soni secundum actum Et patet
quod idem sonus non est actus sonantis
et auditus Sed pro tanto dicitur quia est a so-
nante et in auditu ergo sunt idem actu
Hoc etiam patet in aliis activis et passivis
Eadem enim est calefactio, nomine, a cale-
faciente et in calefactibili Et eadem combusti-
o nomine est in comburente et in combustibili
Quarta ratio est haec Correlativa non sunt re-
lativa ad invicem et uno destructo secundum
actum destruitur reliquum Sed tamen sensus et
sensibile non relativa ad invicem ergo sunt idem ac-
tu Prima patet In omni activo et passi-
vo quod sunt secundum actum Secunda patet ex hoc quod non
existente sono secundum actum non est audi-
tus secundum actum Et non existente auditu
secundum actum non est sonus secundum actum Verum-
tamen secundum hoc generat obscuritatem quod non
est in omnibus sensibilibus actus secundum quod activi est
et actus secundum quod passivi est habet nomen
In visu enim secundum quod est in passivo vi-
sio dicitur Secundum autem quod est ab activo non
habet nomen Et similiter est in aliis praeter
auditum solum **Sed contra**
hoc videtur esse quod quorumcumque est unus
actus illorum est una proportio ad actum il-
lum quia forma sensibilis in sensu habet esse
materiale ergo proportio sensus ad actum illud est
proportio materiae et sensibile in sensu vero habet esse ma-
teriale quod falsum est **Praeterea** quod hic obiciunt
quidam commentatores sunt eadem quaecumque sunt eadem
actu sunt eadem sensibile vel numero sensus et
sensibile sunt eadem actu ergo sunt eadem sensibile
vel numero sed hoc est falsum Et propter hoc ipsi glo-
sant sunt eadem actu id est similia **Solutio**
Dicendum ad primum quod omnis sensus est susce-
ptivus specierum sine materia Ad illud autem
quod obicitur in contrarium dicendum quod aliud est
esse formae secundum esse materiae et aliud formae
intentio in anima Secundum primum quod habet
in materia est a materia Sed intentio formae vel in anima
est ab appendiciis materiae quae sunt privatio Et
applicatio corporis ad hic et nunc et ceteris con-
ditionibus individuantibus et ita sunt
bene in sensu licet materia mediate non sit in
sensu **Ad aliud** dicendum quod forma
quantum est de se communitatis est multorum
et quod non communicatur secundum esse est a materia In-
tentio tamen materiae est ab appendiciis materiae
cum quibus appenditur in sensu **Ad aliud**
dicendum quod patet sicut et similiter secundum esse
est a materia sed intentio est ab appendiciis
materiae cum quibus appenditur a virtutibus animae
sensibilis Et ab illa intentione potentia intellectiva
abstrahit intentiones universales Ad distin-
ctionem autem inductam dicimus quod nulla
est sed bene probant obiectiones factae
in contrarium Secundum enim locutionem est quod
sensus est susceptivus specierum sensibilium id est obie-
ctorum propriorum sensus sive id est propter hoc quod re-
cipiat materiam obiecti **Ad aliud**
dicendum quod convenit sensui secundum quod est medium
sensuum Et licet sensibile tactus est in medio
et organo tactus secundum esse materiale tamen secundum
quod tactus est medium spiritus animalis qui
est in nervis tactivis abstrahit species
tangibilium tamen et non tangibile secundum
esse materiale ut supra dictum est **Ad aliud**
dicitur enim quod sensus est susceptivus sensibilium
specierum hoc est proprium quod dico sensibilium specierum
super obiectum sensus secundum actum Et habet
secundum actum super praesentiam materiae phanta-
siam autem recipit sine materiae prae-
sentia Et sensus separatur a fantasia

Et ab alijs virtutibus aie sensibilis in
tencionibus Ad id quod dicitur hic quod
dicitur quod idem numero actus est sensibilis et sensi
tiui probat philosophus sed est sensibilis vt agentis
et sensitiui vt recipientis et pacientis
Ad hec quod obicitur in contrarium dicitur quod non
illa procedit si eodem esset actus vnius
vtriusque sed hoc non intendit philosophus videlicet
per predicta Ad vltimum dicitur quod obiectio
illa procedit quia illud in actu potest
idem esse simpliciter et hoc non est verum quod de
in actu quod ponat idem in habitibus
forma eodem modo Sed hoc non intendit
philosophus Et ideo dicit ibidem quod sensibilis et sensi
tiui est idem actus sed esse non est idem sicut
non est idem esse agentis et pacientis
Et ex hoc intelligitur quod dicitur 3o de anima quod
sensus est species sensibilium et intellectus species spe
cierum Sensibilia enim sunt obiecta a quibus
sensus accipit speciem sicut potentia ab agente
et sensus sensibiles in anima sunt ea a quibus intel
lectus accipit speciem vniversalis

Quarto et vltimo que
ritur Quare non sunt sensus
